

2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100



1636.

1. Arminius, Dominicus: De . . . principum ex Slecto-
rati alque Ducali domo Saxonica, privilegis:
De non evocando et non appellando.
- 2^o Johannis, Ortelius: De assassinio. 2 Suppl.
1636 & 1745
- 3^o Prieschenck, Zacharius: De majestate.
4. Theodorius, Petrus: De jure mercatorum singulari.
5. Angepau, Erasmus: De possessionibus.
6. Angepau, Erasmus: De personis ad fendi concess.
dionem habitibus.
7. Angepau, Erasmus: De consuetudine.

1637.

1. Prieschenck, Zacharius: De appellationibus.
2. Prieschenck, Zacharius: De reconventionibus.
3. Prieschenck, Zacharius: De juramentis.
4. Richter, Christophorus Philippus: De interpretatione
contractuum.

1637.

5. Richterius, Christophorus Philippus : De curatoris
bonorum.
6. Theodoricus, Petrus : De successioneibus principum
imperatorum et Electorum.
7. Angepauerus, Erasmus : De prioritate et privile
giis creditorum
8. Angepauerus, Erasmus : De successione feudali
testamentaria.
9. Angepauerus, Erasmus : Controversiae miscellaneae
ex jure civili scripto, Curiales et feudales.
10. Angepauerus, Erasmus : De concordia discordantis
juris Justinianei.
11. Angepauerus, Erasmus : De scabinatibus.
12. Angepauerus, Erasmus : Disputatio ad l. unam ff.
de conditione ex lege.



1

•

6.

7.

8

9.

10

11

1



G. 15. num. 20.
~~17. 17.~~

1637, 4

13

15

D. T. O. M. A.
DISPUTATIO JURIDICA
De

INTERPRETA-
TIONE CONTRA-
CTUUM,

Quam
Decreto Magnifici & Amplissi-
mi Jctorum Collegii
in Salana florentissima,
PRO LOCO

7. 26

In Facultate Juridica impetrando,

*Ex morum & statutorum observantia,
placide disquisitioni subicit*

CHRISTOPHORUS PHILIPPUS Richter,
Eisfelda-Francus, J. U. D. & P. P.

Ad diem 30. Septembris,
in Jctorum Auditorio,

J E N A

Imprimebat Johan-Christoph Weidner,

ANNO

M. DC. XXXVII



ILLUSTRISSIMIS ET CELSISSIMIS
PRINCIPIBUS AC DO-
MINIS,

DR. JOHANNI PHILIPPO, & DR. WILHELMO,
PATRUELIBUS,

Ducibus Saxoniae, Juliae, Cliviae,
& Montium, Landgraviis Thuringiae, Marchio-
nibus Misniae, Comitibus in Marcha & Ra-
venspurg, Dominis in Ravenstein, &c.
Dominis suis Clemen-
tissimis,

*Disputationem hanc publicam
debita subjectionis & gra-
titudinis ergo humillimè
offert, dedicatq̃*

Christophi Philip Richter/
D. & P. P.



I. N. D. A.



N Disputatione

mea, olim pro gradu & privilegiis Docturę consequendis habita, de **CONTRACTIBUS IN GENERE** egi, & in thes. II. & seq. tractationem de *Contractuum interpretatione, quomodo & à quibus fieri debeat*, primoribus q̄. labris attrigi. Cum autem materia hæc tam necessaria & utilis sit, ut vita etiam nostra, absque ea conservare vix posse videatur, teste *Schneiderov. Inst. de obligat. n. 1.* Et prout aromata, quò magis conteruntur, eò melius etiam redolere solent: Ita contractuum fecunditas magis magisque apparet, si plus laboris atque industrię ad eorum cognitionem impendatur. Hinc eandem tractationem de *Contractuum in-*

A 2 ter.

Interpretatione plenius elaboratam in lucem
revocare, & data occasione satis commo-
da disquisitioni publicæ iterum subjice-
re constitui.

Implorato itaque *Numinis divini auxi-
lio*, primò de Personis, deinde de variis
modis, interpretandi contractus, quan-
tum vires, tempus, & negotia concedent,
agam.

THESIS I.

Personæ, quæ contractus (a) interpre-
tari (b) debent & possunt, sunt l. ipsi con-
trahentes. (c)

(a) Homines vel ad dissentiendum sunt faciles & rixo-
si, vel non satis cauti & solertes, ut omnes articulos exactè
comprehendant. Hinc contractus sæpissimè in dubium vo-
cantur, vel ita videntur ambigui, ut in diversas possint trahi
sententias. Hinc etiam in omnibus ferè judiciis quàm pluri-
mæ exoriuntur controversiæ, ut eas enumerare, & satis expla-
nare nemo possit. Et *Francisc. Cardin. Mantica in proœmio sus-
rum lucubrationum Vaticanarum, de tac. & ambig. convent. testa-
tur*, hanc materiem esse tam frequentem, difficilem, subtilem,
magnam, utilem, perquam necessariam, & latè patentem, ut
eum difficultas à scribendo deterruerit, & ipse in tanta libro-
rum molè, ac multitudine conventionem, hominumque ob-
scura, incerta & varia voluntate, certam methodum invenire,
certique auctoris vestigia sequi non potuerit. Cum igitur
eam difficilem scribendi provinciam susceperim, & osculos sal-

saltem alienis in hortis variè dispersos collegerim, mihi facile
à quovis Lectore, qui modò æquus sit; condonatum iri confi-
do, quod non omnia, quæ huc spectant, vel perscrutari, vel pro
materie præstantia & ubertate deducere potui. Quid autem
sit contractus, quomodo definiatur, & dividatur, quoniam
etiam ejus sit forma, in disputatione supra allegata dictum
fuit.

(b) Interpretari est rem obscuram vel ambiguam expla-
nare. Nam interpretatio in rebus obscuris & ambiguis pro-
priè locum habet. Bald. in l. ult. C. de LL. & in c. cum venissent.
n. 3. de judic. Alex. cons. 78. n. 12. lib. 5. Mantica d. tr. tit. 16. lib. 1.
n. 6. docet, interpretationem in quinque species posse distin-
gui, ut alia sit *declarativa*, quæ nihil novi inducit, sed quod fa-
ctum est; ostendit. l. heredes. 21. §. si quid post factum. 1. ff. de te-
stam. Modò actus absque declaratione etiam valeat. Si enim
non valet, & declaratio concurrat, quæ actum valere facit.
tunc aliquid addit. In declaratione autem eadem solennitas
requiritur, quæ adhiberi debet in dispositione. Bart. in d. l. he-
redes. Bald. in cons. 183. n. 4. ad fin. lib. 1. *Secunda* interpreta-
tionis species dicitur *intellectiva*, quæ ex mente contrahentium
& ratione delimitur. Hæc etenim tantum valet, quantum
propria verborum significatio. l. nominis & rei. 6. §. verbum. 1.
ff. de V. S. l. non dubium. 5. C. de LL. Bald. in l. 3. §. sed quid si. ff.
de negot. gest. & in l. eos. in pr. 16. C. de appellat. Mantica d. n. 13.
hic monet, illam interpretationem, quæ ex ratione expressa
deducitur, vocari *intrinsecam*, cum ex verbis manifestè appa-
reat: illam autem, quæ ex ratione tacita colligitur, *extrinse-*
cam dici. Bald. in l. Gallus. §. etiam si parente. n. 1. de lib. & posth.
Tertia nominatur *correctiva*, quæ ad Principem spectat. l. si ve-
ingenua. 1. §. quis operas. 6. ff. ad SC. Tertull. l. in criminibus. 1. in
fin. ff. de questionib. & l. iudex. 55. ff. de re judic. Bart. in l. ab exe-
cutore. n. 7. de appellat. ut quando conventiones illicitæ im-
probantur. l. jurigentium. 7. §. prator ait. 7. & §. & generaliter.
16. ff. de pact. *Quarta* dicitur *extensiva*, quæ ex paritate vel si-
militudine rationis inducitur, & ad similes casus porrigitur.
l. non possunt. ff. de LL. Bart. in d. l. ab executore. Bald. in l. si fu-

A 3 riosè

riof. n. 2. C. de nupt. Ubi enim eadem est ratio, ibi idem jus statui
debet, & quæ non differunt ratione, non differunt juris dispo-
sitione. *l. à Titio. 108. ff. de V. O. & l. illud. 32. ff. ad l. Aquil. l. ult.*
C. de pecun. constit. Schneidew. Inst. de legit. Patron. tit. n. 2. Vi-
detur autem, interpretationem intellectivam ab extensiva,
non distingvi. Sed *Mantica d. l.* docet, quod si rationes diffe-
rant specie, tunc casus decidantur per interpretationem ex-
tensivam, extensio enim fit de similibus ad similia: si verò ex-
dem sint numero, decidantur per intellectivam, quia ubi ea-
dem est ratio numero, ibi dispositio non dicitur extendi, sed
comprehendi, sicut genus sub se comprehendit omnes species.
Paul. Casir. in cons. 83. n. 1. in fin. & n. seq. lib. 2. Ultima species
nominatur restrictiva vel modificativa, per quam dispositio
restringitur. *l. quamvis. 11. de in jus voc. & l. ex quacunq. 2. § 1. ff. si
quis in jus voc. non ierit. Paul. Casir. in cons. 338. n. 2. & cons. 340.
n. 1. lib. 1.* Hanc autem speciem *Mantica* distingvit à declarativa,
illa enim dispositionem nimis generalem restringit, prout re-
gula restringuntur per suas exceptiones. Restringit autem
modò ex ratione, modò ex mente, aliisque causis. *Barz. in l. si
de term. n. 1. C. de transact.* Hæc, declarativa sc. nihil restringit
nec detrahit, sed quod est, deregit vel exponit. *l. adeo. 7. §. cum
quis. 7. ff. de A. R. D.* Notandum verò, si duplex concurrat
interpretatio, una, per quam dispositio extenditur, altera, per
quam restringitur, tunc in favorabilibus illa locum habet.
l. cum quidam. 19. ff. de lib. & postb. Dec. in cons. 69. n. 5. In odio-
sis autem hæc. Odia enim regulariter sunt restringenda. *c. 15. de
R. 7. in 6.* Ideoque lex vel statutum pœnale non debet extendi,
sed potius restringi. Ubi autem extensio ad favorem Reipubl.
tendit, ibi legem vel statutum odiosum debemus extendere,
sicut legem seu statutum favorabile. *Hyppol. de Marsil. in l. qui
falsam. §. accus. ff. ad l. Cornel. de fals. n. 10. vers. quod lic. lex.*
Prout etiam favorabilia propter causam odiosam latitantem
debent restringi. Hinc licet quis favori pro se introducto pos-
sit renunciare. *l. quoties. C. de fideicommiss.* Secus tamen est, si
de aliorum interesse agatur. Tunc enim quis juri suo non pot-
est renunciare, nisi cum consensu eorum, quorum interest.

Dec.

Dec. in respons. 30. vol. 5. n. 11. Quid autem sit odiosum, & quid
favorabile, & quomodo utrumque dignoscatur, inter Pragmatis-
ticos non convenit. Regulariter illud pro odioso habetur,
quod à jure communi exorbitat, & ab eo separatur. *c. cum dile-*
ctus. de consuetud. l. 19. ff. de lib. & postb. ut si alicui rerum sua-
rum libera administratio non concedatur. *l. 2. ff. si quis à parente.*
fuer. manum. Si quis ad aliquid faciendum vel non faciendum
contra leges compellatur, ut in *l. 64 §. fin. ff. solut. matrim. l. 16.*
C. de jure delib. Si statuto, consuetudine, vel constitutione
singulari libera facultas testandi restringatur. *l. 52. §. idem re-*
spondit. l. 9. ff. pro soc. Sic astrictum est exorbitans à jure, &
consequenter odiosum. Favorabile contra omne id est,
quod non recedit, sed jus conservat, & ei tribuit, cui competit.
c. ex parte 2. & c. recipimus. de privileg. Sicuti enim omnis re-
cessus à jure communi est odiosus, ita omnis reductus ad jus
commune est favorabilis. *Johan. Grot. in rubr. de rescript. in 6.*
Natta cons. 105. n. 9. tom. 1. quia recursus uniuscujusque rei ad
suum pristinum statum est favorabilis. *l. voluntate 10. quib. mod.*
pign. vel hypoth. solv. Georg. Barschamp. de radic. clausul. cap. 33.
Alii ex causa principali judicant, quid sit odiosum, & favora-
bile, quatenus sc. id, quod principaliter statuitur aut disponi-
tur, causam habet odiosam, aut favorabilem. *Bald. in l. cunctos*
populos. C. de summs. Trinit. & fid. Cathol. Et rectè, actus enim
à principali intentione judicatur. *l. si quis nec causam. 4. ff. si*
cert. pet. l. 1. §. idem Pomponius. 14. ff. de pos. Et multa etiam
sunt odiosa, quæ à jure communi non exorbitant, ut est SC.
Macedonianum, quod de jure communi observatur, in eoque
continetur, & tamen est odiosum. *l. 1. ff. de SC. Maced. l. 4. in pr.*
ff. de condic. indeb. Sic furioso prohibita administratio rerum
suarum in favorem ejus est inducta, & tamen à jure communi
exorbitat. Causa igitur, qua odiosum à favorabili secerni-
tur, ab intentione disponentis dependet. Sic fideicommissum,
quia causam habet odiosam, quatenus sc. onus est, & legatum
inter odiosa computantur. *Dd. in l. si certis annis. C. de testam. mi-*
lit. Natta cons. 673. n. 27. Nec obstat, in testamentis plenio-
rem fieri debere interpretationem, causamque testamenti esse
fa-

favorabilem. l. in testamentis. 12. ff. de R. J. quia hoc verum est
quoad heredis institutionem, non etiam quoad legata. Econ-
tra pro favorabili habetur, quod pietatem, & religionem con-
cernit. l. 43. in fin. de relig. & sumpt. fun. c. ult. de re judic. Item
publicam utilitatem. l. 1. ff. solut. matrim. Matrimonium. Dec.
conf. 163. dotem. Cravett. conf. 473. n. 33. part. 3. causam studio-
rum. Harim. Pistor. 1. quest. 19. n. 14. libertatem. l. 122. ff. de R. J.
beneficia Principis. l. fin. C. de constit. pecun. Si autem eveniat,
ut unum idemque negotium & odiosam & favorabilem cau-
sam habeat, & non constet, quæ præponderet, tunc favoris po-
rior est causa. Panormit. in c. & literis. de restitut. spoliat. Cra-
vett. conf. 118. n. 10. Quod enim est benignius, idem est potens
tius & juri amicus. l. benignius. ff. de LL. l. 2. §. fin. ubi gl. ad l.
Aquil. l. 10. in fin. ff. de reb. dub. l. 11. §. fin. ff. de minorib. l. 5. ff. qui
por. in pign. Bald. in l. 2. C. qui non poss. ad libert. ven. Ut si sta-
tutum dicat, Nobiles esse immunes ab oneribus, cives autem
oneribus esse subjectos. Cum autem quis simul sit Nobilis
& civis, tunc ille tenetur subire munera Reipubl. Huic enim
interest, ut subeat. Et mixtum sub simplici continetur in
favorabili casu, non verò in odioso. l. fin. in fin. C. de dilat. l. 7. ff.
de fer. c. 1. de lit. contest. in 6. Si autem certò constet, quod
odiosum præponderet, licet causa favorabilis concurrat,
odiosa tamen dicitur. Sed obstat, quod una eademque res
diverso jure censeri non debeat. l. 23. ff. de usurp. & usucap. Er-
gò una eademque dispositio, quæ partim est favorabilis, par-
tim odiosa, vel tota favorabilis, vel tota odiosa censeri debet.
Ad hanc objectionem respondet Vincent. Carot. quest. 5. tr. de
parr. filiam simpliciter dotante. quod eadem res diverso jure
censeatur, quando constat de mente disponentis. Crav. Jun.
conf. 114. n. 1. Deinde vera est præfata regula, dispositionem di-
verso jure censeri non debere eodem respectu, secus diversis
respectibus, Abb. in cap. cum in tua. n. 7. de decim. Bald. in l. filium.
in 4. opp. C. famil. heretic. vid. l. miles. §. pro parte. ff. de legat. 2. l.
si quis quid præferendum §. 1. ff. de furt.

(c) Cujus enim est condere, ejus etiam est interpretari.
l. ult. C. de LL. c. per venerabilem. qui fil. sint legit. Dec. in conf.

262. n. 3. *vers. ultimò facit.* Optima etiam illa dicitur interpretatio, quæ ab ipsis sit contrahentibus. *Socin. Jun. cons. 64. n. 65. lib. 1.* Quando autem contrahentes seiplos declarant, nulla est alia interpretatio querenda. *Bald. in Auth. nisi rogati. n. 9. C. ad Trebell.* Et hæc conclusio ampliatur 1. in hæredibus. Ubi enim interpretatio defuncto competiit, ibi etiam competit ejus hæredibus, quia hæres una eademq; persona cum defuncto intelligitur. *l. 2. §. 2. ff. de prator. stipul. Bar. in l. gerit. n. 27. de acquir. hered. Socin. Jun. cons. 65. n. 64. lib. 1.* 2. ampliatur, ut iis etiam concedatur interpretatio, quibus ipsi contrahentes dederint facultatem per *l. 180. ff. de R. J. l. 1. §. 2. ff. de Procurat. §. l. 64. ff. de solut. §. liberat.* Prout sunt Interpretes. *l. 1. §. ult. ibiq; gl. ff. de V. O. & Arbitri,* qui tamen certi & specificè nominati esse debent, ne in eligendo contrahentes in infinitum disceptent, & contractus planè fiant elusorii. *l. 17. §. 5. de recept. arbitr. Mant. d. tr. lib. 2. tit. 1. n. 23. §. n. 31.* Prædicta autem conclusio limitatur, 1. ut si substantia contractus conferatur in arbitrium alterius, non recedatur à persona, & consequenter facultas declarandi non transit ad ejus hæredes. *l. ult. C. de contrab. empt. l. si merces. in pr. ff. locat. l. si quis arbitrati. 43. ff. de V. O.* 2. ut uni ex contrahentibus, reclamante altero, interpretatio non concedatur. Prout enim dispositio ex duorum voluntate consistit, ita etiam interpretatio. *l. ult. C. de LL. Bar. ad l. 115. n. 8. ff. de V. O.*

TH. II.

Interpretatio Contractuum pertinet II. ad Judicem.

Hæc thesis etiam est intelligenda de contractibus ambiguis. In claris enim non est permissum formæ à contrahentibus præscriptæ aliquid detrahere. *l. 23. §. l. 34. ff. de R. J. l. 5. §. l. 52. ff. de V. O.* Ubiunque enim verba sunt clara, ab eis non licet recedere, nec ultra aliquid est querendum. *l. ille aut ille. §. 25. §. cum in verbis. 1. ff. de legat. 3. Socin. Jun. in cons. 3. n. 36. vol. 1. §. in cons. 160. n. 47. vol. 2. Roland. à Valle cons. 61. vol. 3. n. 31.*

B

Quod

Quod autem Judex potestatem habeat interpretandi in cau-
sis, de quibus coram eo agitur, latè demonstrat *Innocent. in c.
cum speciali. de appellat.* Calamus enim Judicis habetur pro
calamo legis. *Bald. in c. à crapula. in fin. de vit. & bon. Cleric.* In
tanta enim negotiorum varietate, & naturæ mutatione impos-
sibile est, ut ita leges conscribantur, quibus singuli casus, singu-
laque negotia disertis verbis sint decisa. Nec possunt omnes
articuli sigillatim aut legibus aut SCtis comprehendi, sed si in
aliqua causa sententia eorum est manifesta, is, qui jurisdictio-
ni præest, ad similia procedere, atque jus ita dicere debet. *l. 10.
& l. 12. ff. de LL.* Quotiens enim lege aliquid unum vel alte-
rum introductum est, bona occasio est, cætera, quæ tendunt
ad eandem utilitatem, vel interpretatione vel certè jurisdictio-
ne suppleri. *l. 11. & l. 13. ff. eod. l. 2. §. quia verò. C. de V. 7. E.* Vi-
detur ob stare *l. 1. C. de LL.* ubi Imp. Constantinus sibi soli inter
æquitatem jusque interpositam interpretationem reservavit.
Et *l. 9. C. eod.* ubi Imp. Valentinianus & Marcianus rescrip-
serunt, si quid in legibus latum fortasse obscurius fuerit,
oportet id ab Imperatoria interpretatione patefieri. Ad has
objectas leges respondetur 1. illas agere de jure scripto, & legi-
bus, nos verò de ambiguis & obscuris conventionibus. 2. diffe-
rentiam esse inter Imperatoriæ & Judicis inferioris potestatem,
& interpretationis efficaciam. Illius enim tanta vis est, ut
pro lege habeatur. Definivit enim Sacratiss. Imp. Justinianus
in *l. 12. C. de LL.* omnem Imperatoris legum interpretatio-
nem sive in precibus, sive in judiciis, sive alio quocunque mo-
do factam ratam & indubitatam haberi. Et cui soli jus con-
dendæ legis est, ei etiam legis interpretatio tantum est permis-
sa. *Reichs Absch. zu Speyer. de Ann. 1544. §. Were aber sach.* In-
ferior autem Judex inter partes tantum jus facere potest, non
verò inter omnes. *l. pen. ff. de J. & J.* Ex legibus itaque ei com-
petit interpretatio, ut non tantum legum verba, sed etiam mē-
tem, sententiam, & rationem perpendat. Verba enim sunt
inventa, ut mentem exprimant, menti quæ; & sententiæ loquenti-
ris inserviant. *l. scire oportet. 13. §. aliud. 2. ff. de excusat. tue. l. 3. &
l. 7. ff. de supell. legat.* Nec leges scire est verba tantum earum
cal.

callere, verum etiam vim & sensum novisse. *l. scire leges. ff. de LL. Gadd. ad l. 6. §. 1. ff. de V. S.* Potest igitur talis Judex extractione & æquitate id, de quo coram eo controversitur, temperare. *Bald. in l. 2. n. 1. de sent. quasim. cert. quant. profer.* Contra- hentes etiam petere possunt, ut Judex contractum ab eis celebratum confirmet, licet aliàs eorum consensus sufficiat. *Mant. sic. d. l. n. 52.* Et judicem talem confirmationem denegare, non posse, si de utriusque partis consensu constet, probat & testatur *Gail. 2. obs. 1. n. 1. & seqq.* Hac occasione queritur, si Judex contractum confirmet, vel consentiat, ut bona debitoris alicujus obligentur, & illa postea in concursu creditorum omnibus non sufficiant, an illi creditores, qui sua credita ex bonis cum consensu Judicis sibi obligatis recipere non possunt, regressum habeant ad Judicem, eumque in subsidium convenire possint? Pro affirmativa militat 1. quod consensus idè petatur à Judice, ut creditor sit extra periculum. 2. quia creditor fidem dat Judici, non verò debitori, hinc etiam consensum Judicis accipit, ejusque autoritatem sequitur, qui autem alicujus fidem & autoritatem sequitur, si sub ejus fide & autoritate decipiatur, habet adversus eum regressum ad interesse. *Dan. Moller. lib. 1. semestr. cap. 21. sub fin. & lib. 4. c. 18. n. 2.* 3. quia aliàs etiam judex per imperitiam & ignorantiam malè pronuncians parti læsæ tenetur ad damna & interesse. *l. 5. §. 4. ff. de O. & A.* Imperitia enim culpæ ascribitur. *l. 132. ff. de R. J.* Et eo ipso quod acceptat officium, videtur se asserere sufficientem & peritum, *gl. in l. 2. ff. quod quisq. juris.* Ex qua ratione colligi potest, quod judex creditori etiam ad damna & interesse teneatur, si ita absolutè consenserit in debitum, & antea non satis explorarit debitoris conditionem. Videtur enim in culpa esse, quæ etiam ei tantum imputari debet. *arg. l. si ex plagiis. §. fin. ff. ad l. Aquil.* Pro negativa objici potest, 1. quod consensus videatur datus à judice tantum hanc ob causam, ut creditor hypothecam judicalem consequatur, aliisque creditoribus præferatur. *Dan. Moller. ad constit. Saxon. part. 2. const. 23. n. 13. in fin.* 2. quod judex in suo consensu clausulam illam salutarem: *Mit und den Gerichten unschädlich/nc.* apponere.

soleat, quæ protestatio est animi declaratio, damnum depel-
lendi causa facta. *l. si duo. §. cum inquilinus. ff. uti possid.* Hinc
contrarium effectum sortiri nequit. *l. 3. ff. de adim. legat. l. 3. §.*
Div. Severus. ff. de Carbon. edict. 3. quod ipse creditor melius de
bonis & facultatibus sui debitoris debuerit inquirere, ante-
quam ei credidit, quod si non fecerit, jacturam nulli alii quam
sibi adscribere potest. *arg. l. 19. ff. de R. J.* Ut autem quæstio
hæc rectè decidatur, distingvendi sunt certi casus. Si enim 1.
creditor & debitor à iudice consensum petant, ille verò eum
deneget, & objiciat, bona debitoris non sufficere, vel ea esse
aliis obligata, & creditor nihilominus consensum urgeat, ju-
dex etiam ad instantiam creditoris consentiat, tunc is adversus
iudicem nullum habet regressum, per *l. 203. ff. de R. J.* 2. Si ju-
dex ad certum tempus consentiat, aut debitori mutuum ad
certum tempus sit datum, ejusque bona cum consensu iudicis
absolutè obligentur, creditor autem tempus ad solvendum
datum proroget, & interea debitor facultatibus labatur, aut
non sufficiat ad satisfaciendum omnibus creditoribus, tunc
consensus certo tempore determinatus ulterius porrigi non
debet, per *l. 8. ff. de postul. nec iudex tenetur.* Ita in Dicasterio
provinciali hujus loci est decisum die 18. Septembr. Ann. 1632.
Vff. angestalte subsidiarische action, darwider vorge-
schützte exception, erfolgte recognition, vnd weiter ver-
fahren constituirter Anwälde N. N. Erkennen wir Hoff-
richter vnd Besizer des Fürstl. Sächs. gemeinen Hoff-
gerichts zu Jehna vor Recht / daß die recognition zur
gnüge geschehen / vnd erscheinet sonsten aus den Acten als
lenthalben so viel / daß Beflagter von der wider ihn ange-
stalten Klage zu absolviren vnd zu entbinden / inmassen
wir ihn hiermit absolviren vnd entbinden / die Vnkosten
gegen einander aus bewegenden Ursachen compensirend
vnd auffhebende. *V. R. W.* 3. Si quis in aliqua re taci-
tam habeat hypothecam, quæ alteri cum consensu iudicis ob-
ligetur, tuac si illa res omnibus non sufficiat, iudex non tene-
tur,

eur, quia hoc in casu judici nihil imputari potest. *arg. l. si ex
plagiis. §. fin. ff. ad l. Aquil. & sine culpa poena non infligitur.
l. sancimus. C. de pen.* Si 4. ex errore impetretur consensus
ejus judicis, qui non est competens, tunc etiam excusatur ju-
dex, quia Magistratus loci non semper cognitum & in memo-
ria qf. habent, quæ vel quot prædia nominatim ab ipsis reco-
gnoscantur, idè carent fraude, si subditis requirentibus con-
sensum suum ad oppignorationem, non visis prius aut discul-
sis libris censualibus, generaliter communicent, sed potius
creditori imputatur, quod hæc non satis exploravit. *Matth. Co-
ler. de process. execut. part. 1. cap. 10. n. 206.* ubi ita in Dicasterio
Jenensi pronunciatum refert. Si autem 5. creditores per frau-
dem, aut 6. per negligentiam judicis decipiantur, & consen-
sum accipiant, tunc rectè adversus judicem suum habent re-
gessum. Et ita in Dicasterio Lipsiensi responsum testatur.
*Dan. Moller. lib. 1. semestr. cap. 21. Andr. Rauchbar. part. 1. quasi.
24. n. 27. & seqq. Berlich. part. 2. concl. 29. n. 76. & seqq.*

TH. III.

Potestatem etiam interpretandi con-
tractus concedi Jurisperitis (a) vel à judi-
ce, vel ab ipsis contrahentibus electis, alle-
rimus. (b)

(a) Qui etiam Jcti, Prudentes, Patres, & Auctores juris
nominantur. *A. Gell. lib. 12. cap. 13. l. Divus. 4. ff. de var. & extra-
ord. cognit. §. 8. Inst. de l. N. G. & C.* Tempore Justiniani voca-
bulum Jcti veteribus tantum tribuebatur, reliqui verò Juris In-
terpretes, Doctores, Professores Legum, & Antecessores nun-
cupabantur. *l. 1. & 2. C. de V. I. E.* His antiquitus permissum
fuit, ut jura publicè interpretarentur, quorum etiam senten-
tiæ & opiniones eam autoritatem tenebant, ut judici à respon-
sibus eorum recedere non liceret. *d. §. 8.* Hoc tamen Marius
Salamonius probabiliter de certo Jctorum Collegio, de jure

unanimi voto respondente, intelligit: *Pomponius verò J. C. in l. 2. §. 47. ff. de O. I. etiam singulis J. C. is hanc potestatem dactam fuisse non obscure innuit. Hanc autem auctoritatem usque ad Hadriani tempora durasse, qui cum omnibus id facere præsumptibus de jure respondendi potestatem dedisset, paulatim responsa hujusmodi vilescere cepisse testatur Thom. Lindemann. in Exerc. Justin. exerc. 1. tit. 2. lib. 7. Et hodie Doctorum consilia Consulentibus vim quidem legis non habere, ea tamen probabilia esse & magni ponderis, idem probat ib. §. d. l. Doctoris etiam excellentis consilium excusare succumbentem à condemnatione expensarum, docet Curt. conf. 19. fol. 94. col. 2 Bart. in l. in bonorum. de bon. poss. Jas. in l. proponendum. §. si autem. C. de judic. Cuius enim artificii in sua arte est credendum. Schneidew. ad §. 21. Inst. de R. D. Est enim unusquisque artis suæ disceptator optimus. Hinc de modo agri judicant mensores, de Advocatorum eruditione Jurisperiti, de corporis habitu probatæ obstetrices, de causis negotiationis Mercatores, de vulneribus Chirurghi, de morbis Medici, utilitate deducit Dn. Ordinarius Lipsiensis D. Sigismund. Finkelth. observat. §. 1. n. 10.*

(b) Hodie in terris Saxonie receptum est, ut acta ad Facultatem Juridicam vel Scabinatum mittantur. Et tales Ordines habent potestatem pronunciandi & interpretandi contractus, ita tamen, ut ex ratione, sententia & regulis juris id, quod obscurum est, explanare possint & debeant. Sed quaeritur, an Facultas Juridica hoc modo electa sit loco arbitri? Aff. si sc. ex necessitate juris, vel pactorum, vel ab arbitris, vel à J. dice, vel à Consiliariis, vel etiam à litigantibus sit assumpta. Consult. constit. Saxon. part. 5. inter resolut. Lipsiens. quest. 53. Modest. Pistor. part. 2. quest. 71. & seq. Berlich. part. 1. concl. 4. n. 14. Quam autem talis Facultas habeat jurisdictionem, quaeritur? Eam habere jurisdictionem ordinariam, respondet Modest. Pistor. d. l. quia tales ordines & arbitri iudicibus ordinariis æquiparantur. l. 9. ff. qui sariud. cog. l. ult. ff. à quib. appell. lic. Et quia suam jurisdictionem habent à lege, vel ex pacto, quod vim legis habet. l. 17. & l. ult. C. de judic. Hinc modò condemnant,
mo.

modò absolvunt litigantes, quod saltem iudici aut arbitro
convenit, uti ex sententiis videre est, & ita cottidie practicatur.
Ita pronunciarunt Seabini Jenenses Anno 1636. in causa
M. S. Actoris, ex una, & C. S. Rei, ex altera parte. **S**
Sprechen wir nach fleißiger Verles- vnd Erwägung der
Acten für Recht/daraus allenthalben so viel erscheinet/das
Beklagter von angestalter Klage zu absolviren vnd zu
entbinden/ jedoch werden die beyderseits auffgewendete
Unkosten aus hierzu bewegenden Ursachen billich ge-
gen einander compensiret vnd auffgehoben/ von R. W.
Sie etiã pronúciavit hoc anno Facultas Juridica Wittebergensis
in causa J. K. zu Arnstadt/ contra A. G. D. & C. hæredes:
Als ihr vns rechtliches einbringen in Sachen/ sc. zugeschi-
cket/ vnd euch des Rechts dorüber zu berichten/ gebeten/
Demnach erachten/sprechen/vnd bekennen wir Decane/
Ordinarius, auch andere Dd. vnd Assessores der Juristen
Facultet zu Wittenberg/ darauff solchen Acten gemess/
vnd in Rechten gegründes/ das Beklagte ihres Einwen-
dens ungeachtet das von Klägern producirte Brieff vnd
Siegel nochmals anderer gestalt/ den beschehen/ zu reco-
gnosciren, oder endlichen zu diffiniren schuldig/mit dieser
ausdrücklichen Verwahrung/ das auff ihr ferners Ver-
weigern/ Brieff vnd Siegel in contumaciam pro reco-
gnito geachtet/ vnd die gebetene execution darauff an-
geordnet werden sol/ vnd seynd Beklagte hierüber Klä-
gern die Unkosten dieses Termins/ auff rechtliche Ermes-
sigung zu erstatten pflichtig/ R. W. Ita etiã respon-
derunt die 8. Maji hoc anno Decanus & ceteri Dd. Juridicæ
Facultatis in Academia Noribergensi, in causa J. K.
zu Arnstadt contra suos cohæredes: Demnach ihr vns
die ergangene acta in Sachen sc. zugeschicket/ vnd darüber
vns rechtliches Gutachten euch förderlichst zu berichten/
ge

gebeten / Als sprechen wir nach fleissiger Verles- vnd Er-
wegung derselben vor Recht / daß weils nach ausweise der
acten die *litis contestatio* sowol in väterlicher als brü-
derlicher Erbschafft gebührend vorgegangen / Beflagte
nunmehr mit der gesuchten publication des *ad perpetuam rei memoriam* verführten Beweises zuzulassen /
Klägern aber auch in väterlicher Erbschafft der process
noch ferner billich verstatet werde / mit vergleichung des
ren in diesem termino auffgelauffenen Gerichtsunkosten
vnd Schaden / alles V. R. W.

THE S. IV.

Hucusq; de Personis. De modis princi-
palioribus cum Deo jam agemus. Inter-
pretatio autem contractuum debet esse
congrua (a) plena (b) benigna (c) non verò
extranea (d) nec dura (e) nec absurda. (f)

(a) Congruam esse dicit *Mantica de tac. & ambig. con-
vent. lib. 1. tit. 17. n. 2.* quæ verbis, personis, causis, locis, & tem-
poribus convenit. *c. ult. de transact. & c. si pater. 1. vers. cum in
substitutionibus de testam. in 6.* Circumstantiæ enim variant
jus. Et certum est, quod jus commune, & municipale, & con-
suetudo seu mos regionis, & conditio personarum, & confide-
ratio rerum, & ratio, quæ movit contrahentes, & locus, & tem-
pus, aliam atque aliam inducant interpretationem. *Mantica
d. 17. de tac. & amb. convent. lib. 3. tit. 6.* Omnes enim conven-
tiones primò accipiunt robur & autoritatem à lege. *l. legitima.
ff. de pact.* Deinde jus municipale magis observatur quàm jus
commune. *l. omnes populi, ff. de l. & I. Bart. in l. ut jurisjurandi.
§. si liberi. n. 5. ff. de oper. libert.* Tertio consuetudo vim legis
ob-

obtinere. l. 2. C. que sit long. consuet. S. ex non scripto. Inst. de l. N. G. & C. l. ult. in fin. C. de fidejuss. Quarto conditio personarum semper est inspicienda, quia ex iis congrua accipitur interpretatio. l. si margarita. ff. pro soc. gl. in l. semper in stipulationibus. ff. de R. J. Bald. in l. 2. n. 7. de jur. empbyt. Quinto ex rebus inspicitur species, substantia, & natura contractus, & contrahentium intentio. Bald. in cons. 494. n. 1. lib. 3. Mantie. d. tr. lib. 3. tit. 11. n. 1. & seqq. Sexto ratio est anima cujuscunque dispositionis. l. non dubium. & ibi Bald. n. 1. C. de LL. l. 1. C. de condict. ob caus. Septimo ex loco etiam congrua colligitur interpretatio, ut res, de qua agitur, sit magis certa. Mantie. d. tr. lib. 3. tit. 13. n. 7. & seqq. Octavo tempus quoque speciale comitatur causam, & cuilibet conventioni adheret. Omnia enim suis temporibus debent convenire. c. si Ecclesia. 23. q. 4. c. cum causam. de testib. Mantie. d. tr. lib. 3. tit. 15. per tot. Hinc si quis se ad certum tempus astrinxerit, & de tempore non probarit, obtinere non potest. Bald. in cons. 55. n. 2. lib. 4. Secus est, si quidem se ad certum tempus astrinxit, in libello tamen clausulam apposuit, quod se ad superflua non velit adstringere. Tunc enim si tempus non sit de substantia actus, obtinet, licet tempus non probaverit. Et ita mense Jun. Anno 1624. à Scabinis Hallensibus in causa Ch. S. zu L. Witben vnd Erben / Klägern vnd Producenten, eines : M. H. zu J. auch S. Witben vnd Erben / Beklagten vnd Reproducenten, anders teils, judicatum fuisse, testatur Berlich. decis. 97.

(b) In contractibus plena, in testamentis plenior, in beneficiis verò plenissima est interpretatio adhibenda. c. cum dilecti. 6. extr. de donationib. ita ut magis res, de qua agitur, valeat, quàm pereat. l. quotiens. 12. ff. de reb. dub. Plena autem interpretatio eatenus est accipienda, quatenus verborum proprietas permittit, per l. 69. ff. de legat. 3. & l. 19. ff. de usu & usufr. leg. Ratio autem cur in contractibus plena fieri debeat interpretatio, hæc dari potest, quia contractus ex utraq; parte inducunt obligationem. l. 19. ff. de V. S. hinc debet servari æqualitas, & non fieri stricta interpretatio in favorem unius, &

C odium

odium alterius. vid. l. 18. princ. vers. haec omnia. ff. de adil. edict.
§ l. 24. §. 1. ff. de minorib. Sic plena fit interpretatio in hypo-
theca omnium bonorum, ita ut sub hac tam praesentia quam
futurae debitoris bona obligata dicantur. per l. fin. C. quares
pign. oblig. poss. Et hoc procedit, licet futurorum mentio non
facta fuerit, quia ex indefinita & generali locutione futura et-
iam intelliguntur. d. l. fin. Negusans. de pignorib. part. 2. membr.
2. n. 12. In quibusdam tamen contractibus, ut in venditione,
donatione, & legato, ut & in alienationibus, & aliis majoris
momenti obligationibus, plenae interpretationi non datur lo-
cus. De legato est textus in l. 7. ff. de aur. & arg. legat. vid. etiam
l. 4. vers. quia ff. de usur. l. 9. § l. 34. in fin. ff. de R. J. Nec etiam
in contractibus ita facienda est interpretatio, ut mixtum conti-
neatur sub simplici, quia, ut dictum est, à propria verborum
significatione recedere non oportet. Bar. in l. si extraneus. ff. de
condict. caus. dat. Dd. communiter ad l. 2. pr. ff. de V. O.

(c) In causis dubiis & poenalibus, item favore religionis,
libertatis & matrimonii, benignior interpretatio est facienda.
l. si fuerit. 10. in fin. ibiq. gl. ff. eod. Imò in omni actu ea interpre-
tatio fieri debet, quae dignitatem, pietatem, verecundiam, exi-
stimationem, honestatem, & jus publicum saluum atq; invio-
latum conservat. Gædd. ad l. 125. n. 3. ff. de V. S. Benignam etiam
dicimus eam interpretationem, non tantum, quae odium ex-
cludit, sed etiam quae est magis verisimilis. l. 24. ibiq. gloss. ff. de
reb. dub. Hac occasione quaeritur, si quis alteri dicat aut scribat,
Ich wil mich an dir rechen/ Oder/ Ich wil dir gedencen?
an haec verba de vindicta juris vel facti sint intelligenda? Ex
jam dictis videtur dicendum, ea de vindicta juris debere intel-
ligi, quia in dubio benignior interpretatio assumi debet. Atque
ita Facultates Juridicas in ditionibus Saxonum Electoris An-
no 1572. respondisse refert Anton. Hering. de Fidejussorib. cap.
5. n. 188. Sed Dn. D. Arumai, quondam Ordinarii, p. m. senten-
tia magis arridet, hoc esse iudicis arbitrio relinquendum, in
discurs. ad A. B. 6. tb. 17. Benigna etiam interpretatio in stri-
cti juris contractibus recipitur, si alias non haberent effectum.
l. si stipulatus iii. ff. de V. O. Sic quando obsessi vel victi dedide-
runt

sunt se & commiserunt discretioni victoris, die sich auff discretion, oder auff Gnad vnd Ungnad ergeben/certe hanc deditiois formulam benigne, ex æquo & bono interpretari debemus, ita ut liberum arbitrium, quod victori est concessum, sit æquitati & rationi consentaneum, ad cuius etiam limites generalitas cuiuscunque conventionis est restringenda. arg. l. 15. ff. de condit. instit. l. nepos. 125. in fin. ff. de V. S. l. 13. ff. ad l. Aquil. l. ult. ff. de recept. arbitr. l. 30. ff. de oper. libere. l. 13. ff. de pæn. c. contingit. 36. de sentent. excomm.

(d) Omnis enim interpretatio subjectæ materiæ debet congruere. Subjecta autem materies est optima sermonum interpretatio. Bart. post gloss in l. 2. C. qui non poss. ad lib. perv. Bald. in l. omnes populi. in fine. ff. de 3. & 3. Mancica d. 17. libr. 1. tit. 17. n. 8. hanc redderationem, quod extranea interpretatio sit rejicienda, quia terminos boni & æqui transgrediatur, cum tamen omnis interpretatio duos debeat habere comites, bonum & æquum. Id. ibid. n. 3. Omnia enim ad bonum & æquum sunt redigenda. l. quod si minor. §. 1. ff. de minorib. & l. placuit. C. de judic. Socin. sen. in cons. 152. n. 28. lib. 2.

(e) Dura enim & nimis severa rejicitur. l. si quis servum. ff. de custod. reor. & l. filio pater. ibid. Jason. de legat. 1. Jus enim est ars boni & æqui. l. 1. ff. de l. & l. Præsertim odia & pœnas, quantum fieri potest, restringi oportet. c. odia. de R. I. in 6. Et in dubio eam interpretationem sequi debemus, per quam pœna evitatur, & delictum excluditur. l. merito. 51. ff. pro soc. l. pæn. ff. de pæn. l. 9. & l. 56. ff. de R. I. Mancica autem hanc potestatem restringit in iis, quæ respiciunt salutem animarum, & d. l. n. 34. monet, quod in his duriores interpretationem sequi debeamus, quia tutior sit. c. juvenis. de spons. gl. in c. unico. de servit. Et hanc rationem addit, quod salus animarum omnibus rebus sit anteponenda. l. sancimus. C. de SS. Eccles. c. cum infirmitas de pæn. & remiss.

(f) Absurdum dicitur, quod omnium mentes aspernentur ac respuant. Græcè ἀτόπων καὶ ἀλόγων, quod est abhorrens, inconveniens, stultum, diversum, iniquum, odiosum, in-

quo

quo neque ratio neque æquitas militat, sed ex quo omne ma-
lum aptum natum est pervenire. *Nic. Everhard. in Top. loc. ab
absurdo. n. 8.* Absurdus autem intellectus ab omni disposi-
tione est rejiciendus. *l. nam absurdum. 7. ff. de bon. libert. l. 1. §. 4.
ff. de publican.* Nec ulla dispositio tam lata seu larga esse potest,
quæ non restringi debeat, si sequatur absurdum. *Alex. conf. 83.
n. 11. in fin. lib. 2. vers. juroatur.* Et verba eo modo intelliguntur,
quo possunt, ad evitandum absurdum. *Id. conf. 61. n. 4. lib. 1.* Imò
à propria verborum significatione licitum est recedere, ut absur-
dum evitetur. *l. scire oportet. 13. §. aliud. 2. ibid. gl. ff. de excusat. tut.
Gail. 2. observ. 33. n. 5. Mantie. d. l. tit. 13.* Ex duobus tamen ab-
surdis minus est eligendum. *l. 58. §. 2. ibid. gl. ff. ad l. Aquil.*

TH. V.

Interpretatio contractuum fieri debet in initio & causa eorum inspectis.

Uniuscujusque enim contractus initium spectandum est
& causa. *l. 8. in pr. ff. mandat. l. 3. §. 12. ff. de SC. Macedon. l. 1. §.
13. §. 30. ff. deposit. l. 58. §. 2. ff. pro soc. l. 1. C. de impon. lucrat.
don. lib. 10. ubi dicitur, ad primordium tituli posteriorem for-
mari eventum. Bald. in conf. 263. §. conf. 358. vol. 5. per l. 11. ff. de
O. & A. Gail. 2. obs. 49. n. 6. ubi notabilem profert casum de
feudo antiquo gentilitio, quod si vasallo absque agnatorum
consensu ut novum concessum, & vasallus de novo investitus,
& in investitura disertis verbis dictum fuerit, quod de novo
feudo investitura sit facta, tamen feudum antiquum remanet.
per text. in c. 11. de vasall. decrep. atar. Et inter alias rationes af-
fert hanc, de qua thesis nostra loquitur. Et Stephan. Gratian. in
forens. discept. 174. n. 10. itemq; Bald. in l. 1. §. quod si rem in princ.
ff. deposit. dicunt, quando præcesserit contractus perfectus, &
adjiciatur conventio, quæ possit cadere in novum contra-
ctum, quod ex tali conventionem magis inducatur informatio
prioris contractus quàm constituatur novus contractus. Con-
tractus enim ex præsentem vires accipiunt. *l. 26. in fin. ff. de stipul.
serv.**

serv. Sic donans aliquid inter vivos cum certo onere expresso, non potest post perfectam donationem imponere novum onus. *Dom. Card. Tusch. pract. concl. juris. 983. tom. 2.* Initium enim spectandum est. Alium casum recenset *Georg. Beat. in decisionib. qq. controvers. quest. 21.* de duobus fratribus, qui jurisdictionem ejusque fructus exinde provenientes per alternos annos inter se dividerunt, si jam sub regimine senioris delictum sit commissum, sub junioris vero administratione delinquenti poena constituta, ad quem eorum multa sive poena pertineat? Et responder, videri illam opinionem communem, quod spectandum sit initium, & tempus delicti, & poenas pecuniarias ad eum pertinere, ad quem fructus jurisdictionis tempore commisi delicti spectantur. A tempore enim delicti oritur obligatio ad poenam. *l. fin. C. de sent. pass.* Et origo semper inspicienda. *l. si filiusfam. ff. de V. O. l. 1. C. de impon. l. enat. descript. lib. 10. Bald. in l. si certis. C. de pact.* Et haec opinio procedit, si poena statim est commissa. Secus est, si crimen sub administratione fratris junioris sit revelatum, quia tunc illud spectatur tempus, quo dispositio efficaciter sortitur effectum. *l. cum notissimis. C. de prescrip. 30. vel 40. ann.* Et poenae pecuniariae non prius dicuntur deberi, quam lata fuerit sententia. *l. rescriptum. ff. de pact.* *Guid. Pap. Q. Q. Delphinat. 535.* Uniuscujusque etiam contractus causa est inspicienda. Hinc si quis alteri donet causa mortis irrevocabiler, tunc quia verba haec, mortis causa, stant pro causa, ut cogitatione mortis, hinc etiam causa haec venit consideranda, & donatio haec mortis causa transit in donationem simplicem, quia quod non possit revocari, donationi mortis causa repugnat, & tamen verba unius donationis conveniunt alteri. *l. ubi ita donatur. ff. de donato. mort. caus.* Unus enim contractus transit in alium, quando verba hoc patiuntur, & substantia repugnat primo contractui. *Tusch. d. l. concl. 999. n. 1.* Et sic pactum contra substantiam donationis causa mortis transire facit eam in donationem inter vivos, uti praedictio quodam confirmat *Georg. Bear. part. 1. de contractib. tit. 43. cap. 3.* Hat Frau Gertraue Hansen D. seligen nachgelassene Wittwe/ aus freyem wolbedachtem

C 3 cem

dem Mute / Hans P. Tochterlein vnd andern / desglei-
chen auch dem gemeinen Kasten zu L. besondere Sum-
men Geldes vnd endlich Gerächte / durch eine freye vnwi-
derruffliche Gabe verordnet / also daß solches alles von ihe-
ren Erben nach ihrem Tode / denen sie solche Gaben ge-
than / aus ihren Gütern sol gegeben werden / vnd daß solche
Frengabe nach ihrem Tode fest vnd vnwiderrufflichen
sol gehalten werden / darauff sie sich auch aller Wolthat
der Rechte / die sie dawider haben möchte / verziehen / alles
nach fernem Inhalt der vns vbersendeten Abschrifte sol-
cher freyen vnwiderrufflichen Gaben / wiewol sie nun dies
selbe auff ihren Todesfall gerichtet / dieweil sie aber gewils
liget / daß sie vnwiderrufflichen seyn / vnd gehalten werden
sol / so ist sie nach Verordnung der Rechte / als vor eine
Gabe vnter den lebendigen Leuten zu achten / derwegen ist
ihr Ehemann M. B. H. den sie zum Erben in ihrem Tes-
tament sol eingesetzt haben / solche Gabe aus ihren Gü-
tern der beschenehen Widerrufung / der sie sich selbst
verziehen / vnerachtet / auszurichten schuldig / B. N. W.
*Tusch. etiam d. l. n. 14. alium refert casum de legato pro anima
pauperibus factio, quod valeat in præjudicium tertii, si tamen
pro anima legatum sit, & quidem sub prætextu & verbis pallia-
tis, diviti factum, tunc quia causa non est vera, licet verba sub-
sint, tale non iudicatur, sed in fraudem præsumitur. Sic in em-
phyteusi, quando pensio commensuratur ad fructus, potius lo-
catio perpetua, quam emphyteusis reputatur. Alex. cons. 112. lib.
1. Riminald. Jun. cons. 260. n. 10. lib. 2. Si etiam transactio sit fa-
cta de re litigiosa, aliquo dato, & aliquo retento, transactio
erit, licet partes eam denominaverint pactum vel concordia.
Angel. cons. 240. Tusch. d. 19. n. 45 & seq. Alium casum re-
censet Berlich. decis. 139. ubi testator in suo testamento, in quo
liberos hæredes instituit, & patri usumfructum ademit, liberis
tutores, quos tamen curatores vel administratores nominare
de-*

debnisset, dedit, & tamen illam dispositionem validam pronun-
ciarunt Scabini Jenenses ad consultationem C. A. mense
April. Anno 1624. Ob wol ewer Schwäher ewern mit sei-
ner Tochter selg. erzeugten Kindern in denen Gütern /
darinnen sie zu Erben eingesehet / verordnet / daß etliche
Personen von der Obrigkeit ihnen zu Vormündern sollen
bestetiget werden / vnd aber denen jenigen / so in ihres Vaters
Gewalt noch sind / zu Rechte kein Vormünder / außser
halb wenig Fällen / gegeben werden können / dennoch aber
vnd weiln solche disposition fürnemlich nicht auff eweres
Kinder Person / sondern vielmehr auff die administration
der Güter / vnd Einrahung / daß sie wol erzogen werden
möchten / gerichtet / so werden sie vbllichem gemeinem Ge-
brauch nach in gemein vor Curatorn billich gehalten /
W. R. W. Notandum tamen hic est, quod in contractibus qui-
dem spectetur initium, quia ex presenti vires accipiunt. Domi-
nii autem acquisitio in pendentem esse potest, ita ut futuram
dominum solutio declarat, cui res acquiratur, ideoque futu-
rus ibi spectatur eventus. l. 1. §. 17. ff. ad l. Falcid. l. 25. ff. de usufr.
leg. l. 18. in fin. ff. de stipul. serv. Bart. ad l. ult. in fin. ff. comm. pra-
dior. ubi habet, quod a Quis viventium suspendi possint.

THE S. VI.

Interpretatio contractuum fieri debet
secundum eorum naturam.

Quilibet contractus propriam quandam à lege sibi attri-
butam habet naturam. Bald. in l. 27. §. 2. ff. de pact. Et hæc nihil
aliud est, quàm adjuncta quædam qualitas, ex qua cuiuscunq;
contractus virtus proficiscitur. d. l. 27. l. 5. §. 2. ff. de prescrip-
t. verb. §. 2. Inst. de locat. & conduct. Cravet. conf. 186. dicit, natu-
ram esse quandam rationem, quæ inhæreat ipsi actui per dis-
positionem legis vel consuetudinis, vel per æquitatem jus di-
cent.

centis. *Mantica* eam definit, quod sit ipsa vis qualitasve secundum proprios contractus fines inducta ab iis, quæ extrinsecus accidere possunt, separata, *lib. 1. tit. 13. n. 8.* Quæ autem contractus naturam respiciunt, præsumuntur, & tacite inesse intelliguntur, quamvis expressa non fuerint. *l. 11. §. 1. ff. de act. empt. & l. 3. ff. de reb. cred.* Ipsa enim natura ea quasi expressisse dicitur, quæ à contrahentibus sunt prætermissa. *l. 72. ff. de contr. empt.* Hinc patet, cur in contractuum interpretatione eorum natura attendi debeat. Talis enim præsumitur fuisse contrahentium animus, qualis naturæ cujuscunque contractus congruit, cum natura regulariter contractibus insit & adhareat. *d. l. 3. ibiq. gloss. Mantica. d. tr. lib. 1. tit. 13. n. 15. Confil. Marpurg. vol. 3. conf. 21. n. 12.* Hinc si precario aliquid concedam, ita quod non liceat revocare, non erit precarium, Et licet æstimatio faciat venditionem, tamen si natura contractus repugnet, non erit venditio, *Petr. Anchoran. conf. 72. n. 7. Tusch. d. concl. 999. n. 50.* Eleganter certè & perspicue deducit *Mantica d. lib. 1. tit. 13. n. 21. & seqq.* quod qui agit secundum naturam contractus, non dicatur venire contra contractum. Et hanc observationem multis declarat exemplis, quorum unum & alterum adducemus. Ut si quis locaverit alicui domum usque ad certum tempus, & promiserit durante tempore conductionis ei molestiam non inferre, nihil ominus poterit eum expellere, si pro usu suo indigeat, & talis necessitas ei tempore locationis non immineret. *l. 4. C. de locat. l. 30. & l. 35. ff. eod. c. propter. 3. §. 1. extr. eod.* Promissio enim non inferendæ molestiæ intelligitur sub ea conditione, nisi quæstio ex natura ejusdem contractus oriatur. *l. questio. §. inter locatorem ff. locat. Natta conf. 25. n. 1.* Si etiam quis promiserit colonum intra tempus conductionis non expellere, hoc ita debet intelligi, si pensiones solverit, & ut oportet, agros coluerit, quia hoc venit ex natura hujus contractus. *l. 54. §. 1. ff. locat. Bald. in l. 1. n. 13. C. de usufr.* cui accommodanda est promissionis interpretatio. Et si proprietarius usufructuario promiserit, quod ei nullam velit inferre molestiam, & postea cautionem fructuariam ab eo exegerit, ibi contra conventionem fecisse non dicitur, quia
de

de natura usufructus est, quod usufructuarius cavere tenetur
fruiturum se re arbitrato boni viri, & restitutum eandem
rem usufructu finito. l. 1. pr. & l. 1. ff. usufr. quem cap. 1. sed si. n.
§. 2. ff. de jurejur. Et si venditor emptori promiserit, quod cum
velit de jure & facto defendere, ibi hæc promissio non ita est
intelligenda, quasi re per vim ablata venditor armatus defen-
sionem suscipere debeat, sed quod evictionem præstare, & licet
adstare velit. Ita teste Georg. Beato part. 1. miscellan. de con-
tractib. cap. 5. tit. 11. Jentes pronunciarunt: Der Wehra-
mann ist nicht mehr schuldig / zu verlegen oder zu vertres-
ten / oder zu gewehren / dann allein das / was dem jenigen
mit Brhel vnd Recht / vor seinem ordentlichen Richter
wird abgewonnen vnd aberkant / vnd ob der Besitzer durch
Gedrängnis vnd Draven von dem Gut / das er in Ge-
wehr hat / zu treiben bestatete / vnd sich also in Vertrag ge-
be / mit den Anferreigen / mag den Wehrmann nicht beschä-
digen / vnd so der / dem solch Gedrängnis geschicht / darvon
nicht appelliret, noch sich darvon berufft / der mag an sei-
nem Wehrmann keine Widerkehrung noch Widerstat-
tung im Rechten mit nichten gehalten / V. R. W. Aliam
Lipliensem sententiam de hac materia idem refert *ibid.* cap.
2. Würde gedachter C. zu Recht vnd mit rechtlicher Klage
des Bierbravens halber angefochten / vnd euch ewer
Zins halber auch daran gelegen / so weret ihr beyde euch
solches Anfechtens halben Rechtlich einzulassen / vnd ewer
Verkäuflers Erben / als Gewehrleute darzu auch vorzu-
laden schuldig / damit sie euch beyde hülffen vertreten / vnd
da es alsdann dem C. durch ordentlich Rechtlich Erkän-
nis das Braven vnd Schencken aberkant würde / so wer-
en die Erben euch den Abgang vnd Nachtheil solches
Bravens vnd Schenckens halber zu erlegen schuldig /
V. R. W. Licet autem venditor ex natura hujus contractus
emptori teneatur de evisione, secus tamen est, si ei ab empto-
re

reli non sit denunciata. Ita pronunciatum esse, refert Georg.
Beas. pars. 5. de contractib. tit. 27. cap. 3. Habe ihr zu N. auff
offentlichem Markte ein Pferde erkaufft / dasselbe für den
einem von Z. verkaufft / wiewol ihm dann solch Pferd von
einem andern / als für das seine angesprochen / vnd zu recht
abgenommen / vnd evinciret worden / wo er euch aber den
Krieg der vorgenommenen eviction nicht angekündigt /
vnd euch das Pferd vnd beschenehen Kauff zu vertreten /
nicht vorgeladen / vnd ihm also ohne ewer Beysehn das
Pferd abdringen lassen / so seydt ihr ihm der Gewehr hal-
ber nichts zu geben schuldig / **V. R. W.** Nec etiam venditor
teneatur de onere, quod rei venditæ ex sui natura incumbit. Ita
decisum est, teste Beato d. l. cap. 7. Ob gleich ewer Verkäuffter
euch den Vertrag / so etwan zwischen Wolff E. sel. vor sich
vnd von wegen nachfolgenden Inhabers der D. Mühle
le / vnd dem Vorwalter des Rathhauses Klosters eines
Wehres halber vffgerichtet / in dem Kauff der gemeldten
Mühle nicht angezeigt / wie er dann denselben auch selbst
nicht gewußt / dieweil aber dennoch aus gemeldetem Ver-
trage zu befinden / daß solches Wehr ewer erkaufften Mül-
len zum besten gereicht / vnd auch sonst recht vnd bräuche-
lichen / daß eine jede Mühle das Wehr / damie das Wasser
gegen der Mühle gefördert / da nicht sonderliche Verträge
dargegen auffgerichtet / zu halten schuldig / auch aus der
vbersandten Kauffverschreibung nicht zu befinden / daß
der Verkäuffter euch die gemeldte Mühle / als ob sie solcher
Beschwerung frey / sondern mit alle dem Rechten / wie sie
Wolff E. sel. innen gehabt vnd besessen / erkaufft / so seynd
Wolff E. seligen nachgelassene Erben die Unkosten / so
auff die Erbauung obgemeldtes Wehres ergangen / zu
tragen schuldig / aber euch vnd dem jenigen / dem ihr die
Mühle

Mühle fürder verkaufft / derhalben zu geweyhen nicht
pflichtig/von X. B. Notandum etiam est, quod natura
contractus pacto mutari possit. Bald. in l. 1. §. 14. C. de usuf.
Zaf. lib. 1. singul. cap. 12. n. 5. Massica d. l. n. 10. Contractus
enim ex conventionae legem accipiunt. l. 1. §. 6. ff. de pign. C.
l. 23. ff. de R. J. vid. disput. de contractibus in genere. tb. 8. Sic
natura etiam per consuetudinem mutari potest, prout natura
animalium ita mutatur. l. 1. §. bestias. ff. de postul. §. pavonum.
Inst. de R. D. Sic licet locator conductorem tempore condu-
ctionis nondum finito possit expellere, si re locata pro usu suo
indigeat, tamen prohibetur, si locator specialiter promiserit,
se conductorem non velle expellere, etiam si pro usu suo indi-
geret. Angel. in l. ead. C. de locat. Natta in consil. 25. Sic etiam
certum est, quod emptio præponderet locationi, Kauff geht
vor Miethel. 9. C. eod. Unde si quis locaverit alteri domum
ad certum tempus, & eo nondum elapso alteri vendiderit, tunc
conductor expelli potest. Ei tamen succurritur, si locator
promiserit, se alii non venditurum, sub obligatione domus
locata. Tunc enim propter jus hypothecæ in re conductæ
constitutum conductor ante tempus præfinitum non poterit
expelli etiam ab emptore. Schneidew. ad §. ult. n. 3. C. seq. Inst.
de locat. C. conduct. Ita teste Beato part. 1. de contractib. tit. 24.
cap. 8. pronunciarunt Lipsienses mense Julio Anno 1541.
Habe ihr die Huffle Landes/so Fabian H. auff 9. Jahr vera
mietet vnd ausgehan / von ihm dem H. in Vormunde
schafft seines halben Bruders erkauft vnd bezahlet / so ist
der Miether/ vngerecht / ob gleich die Jahr der Mieth
noch nicht umb seyn / von solcher Huffle nummals abzus
sehen/ vnd dieselbe euch / oder deme ihr sie gekauft/ folgen
zu lassen / vnd mag sich seines Schadens an seinem Ver
mieter erholen/ es were dann sache/ das solche Huffle dem
Miether verpfändet were/ auff den Fall bliebe er bey seines
Miethel/ bis zu Ende derselben billich / er were auch / da er
mit der Mist- vnd Düngung/ wie es gedünget/ nicht nach

gesetzt/solchen Schaden euch abzulegen verpflichtet / **V.**
R. W. Aliam adhuc sententiam recenseat *id. ibid cap. 10.* Nach
deme ihr uns einen Fall überschicket / vnd gebeten habe /
euch des Rechts zu berichten / Demnach achten wir zu
Recht ergründet/so ihr S. sein Haus erblichen abgekauft/
vnd nicht gewilligt / daß ihr L. den Miethling darinn lei-
den wollet / so kan euch auch gedachter L. an der Einneh-
mung des gekauften Hauses/vngeachtet/daß S. ihme die
Mieth mit den Worten / daß er unvortrieben das Haus
bewohnen solte/vorschrieben/nicht verhindern/ sondern er
ist auff die Erstattung der 500. fl. euch das Haus einzur-
räumen schuldig/**V. R. W.** Sic secundum naturam vendi-
tionis obligatur venditor de evictione, etiam si hoc non sit
expressè actum. *l. ex empto. 11. §. 18. ff. de action. empt.* Salvo
tamen venditionis contractu partes inter se pacisci possunt,
ne venditor de evictione teneatur. *Covarruv. lib. 3. var. resolut.*
cap. 17. n. 2. Hillig. in Donell. enucl. lib. 15. cap. 1. ad lit. A.

TH. VII.

Interpretatio contractuum debet fieri
ex verbis conventionis.

Verbum Varro à veritate deduci vult, quod verum nos
loqui oporteat. *Bart. in l. Gallus. §. item credendum. ff. de lib. &*
posth. Et verba dicuntur esse notæ animi & voluntatis. *l. La-*
beo. ff. de supell. legat. §. l. non aliter. ff. de legat. 3. Quæ si ge-
minata & repetita sint, voluntatem enixam & constantem
inducunt. *Bald. in l. fructus. C. de act. empt.* Verba autem ab-
solutè posita propriè & non κατὰ φωνήν accipiendâ sunt.
l. nepos proculo. ff. de V. S. & quidem cum effectu. l. pen. ff. ne-
quis eum. l. 1. §. hæc verba. ff. quod quisq. juris. Illa igitur con-
tractuum interpretatio est congrua, quæ ex vi & proprietate
vet-

verborum desumitur. Verisimile enim est, inter contrahentes id actum fuisse, quod verba significant. *l. si ita stipulatus. §. Chrysofonus. in fin. ff. de V. O. nepos Paulo. ff. de V. S. Soc. sen. in cons. 167. n. 2. lib. 2. Cravett. in cons. 548. n. 2.* Nec contrahentium voluntas à verbis aliena esse præsumitur. *l. Labeo. §. idem Labeo. ff. de supell. legat. Vultej. in cons. Marpurg. vol. 1. cons. 33. n. 3.* Verborum enim finibus debemus esse contenti. *Bart. in l. ubi ita donatur. ff. de mort. caus. donat.* Et à quo removentur verba, ab eo removentur etiam jura contractus. *l. qui tabernas ff. de contrab. empr. Bald. in cons. 437. n. 3. in fin. lib. 1.* Verba igitur contractus sunt inspicienda. *l. Labeo. §. idem Tubero. ff. de supell. legat. c. ult. de V. S.* Quod enim verbum non sonat, non videtur quisquam sentire. *l. si de certa. C. de transact. Baldi in cons. 490. n. 1. vers. præterea. lib. 1.* Sub verbi autem appellatione comprehendimus nomen, pronomen, & reliquas orationis partes. Circa verborum igitur intellectum debemus esse solliciti, prout constat, veteres etiam in perscrutanda hominis aut legis mente circa verborum intellectum anxie laborasse. *l. 21. ff. de legat. 2. l. 30 l. 34. §. l. 39. §. 1. ff. de aur. §. arg. leg. l. 123. ff. de V. S.* Omnis autem verborum significatio vel est propria, vel impropria. Illa est, quæ à perfecta rei causa vel speciali natura desumitur, & in aliam rem non transfertur. *Jacob. Menoch. de arbitr. judic. quest. 4. n. 6. lib. 1. per l. 1. C. de jure empb. ubi etiam habet, proprietatem sumi à definitione & autoritate. vid. l. 81. §. l. 235. ff. de V. S.* Quod autem non est proprium, inquit *Fab. Quintil. lib. 8. improprii vitio laborat.* Hæc igitur impropria significatio est, quæ causam propriam non habet. Uti hominis voluntas dicitur ambulatoria, *l. 4. in fin. ff. de adim. §. transf. legat. vacans mulier pro vidua. l. qui cætu. §. in fin. ff. de vi publ. cunabula pro iniriis. §. 4. in proem. Inst. manumissio, id est, è potestate missio, manus enim potestatem significat. *l. manumissio. ff. de I. & I. Capituli diminutio, i. e. status mutatio. pr. Inst. de cap. diminut.* Propria autem verborum significatio in quacunque materia est attendenda. *l. cum lege. ff. de testam. Covarruv. var. resolut. lib. 3. cap. 5. n. 6.* Qui autem dicit, verba impropria assumpsisse significationem, id*

debet probare. *Cochmann. in respons. jur. 79. n. 220. per l. non
aliter. in princ. ff. de legat. 3.* Hic tamen notare lubet, quod in
verbis communis usus loquendi attendi debeat, licet à propria
significatione declinet, aut barbaram inducat vocem, ut sunt:
Austregz, instrumentū gvarentigiatum, morgengeba, heerge-
wetta, gerada, gvaranda, leuteratio, oberleuteratio, fedā, diffi-
datio, treuga, gverra, &c. *Georg. Barsch. in radic. clausul. cap. 14.
n. 11. ex Alb. Brun. emēt. quod stantibus masculis. art. 6. quest. 1. n. 13*
refert, verba à legibus vel legum conditoribus, & petitis prola-
ta secundum interpretationem legalem esse accipienda, illa
verò quæ ab indoctis proferuntur, intelligenda esse secundum
quod in Idiotas cadunt. Verba autem, si sunt clara, tunc ab
iis recedendum non est. *l. 79 ff. de legat. 3.* Hæc tamen assertio
restringitur, quando effectus contrariatur verbis, quia tunc
potius effectus attenditur, quàm verba. *Jul. Clar. in §. emphy-
teusis. quest. 1. in fin.* Si igitur in contractu ponatur nomen
unius, & effectus alterius contractus, talis contractus judican-
dus est secundum naturam illius, cuius effectus est positus. Ap-
positum enim quod non convenit effectui, habetur pro non
apposito. *Job. Lup. in Rep. c. per vestras. extra de donat. inter vir.
& uxor. fol. 4. col. 1.* Et si in aliquo casu verba ad unum diri-
gantur, & verborum effectus ad alterum, non tam verba spe-
ctanda sunt quàm verborum effectus, & ratio habenda non
personæ, in quem verba diriguntur, sed personæ, in quam effe-
ctus dirigitur, utpote cuius contemplatione omne id, quod
actum est, gestum sit. *l. si servus. §. qui margaritam. ff. de legat. 1. l.
si servo legato. §. si testator. & l. cum pater. §. donationes. ff. de le-
gat. 2. Cravett. conf. 91. n. 6. vol. 1. Tiber. Decian. conf. 9. n. 16. vol. 3.
Conf. Marpurg. 25. vol. 2. n. 46.* Ab effectibus enim rerum na-
suntur nomina rerum, *Bald. in l. manumissiones. §. ff. de l. & l.
n. 3.* Deinde limitatur, quod verba generatim concepta, ad
illa, quæ postmodum de novo recenter emergunt, non sine
porrigenda. *l. qui cum tutoribus in fin. ff. de iur. iur.* Tertio
verba etiam generalia ad aptitudinem sunt restringenda, etiã
nullam aliam paterentur restrictionem. *l. gradatim. §. 1. ff. de
muner. & bonor. & gl. in l. qui a. §. fin. ff. de consis. pecun. l. sed si
coro*

compromissam. ff. de arbit. Hinc licet tutor vel curator suum
mandatarium non actorem, sed procuratorem nominet, ejus
tamen constitutio non vitatur, *Matth. de Affib. decis. 262. n. 5.*
sub fin. Berluch. decis. 139. n. 9. Quartò si mens contrahentium
potius ex causa & natura rei appareat, quàm ex verbis, tunc
non tam verba curamus, quàm causam & naturam contractus.
l. capitalium. §. Divus. ff. de pen. Verba enim contrahentium
secundum eorum mentem, non verò ultra eorum intentio-
nem debemus interpretari. *Bald. in l. 1. C. quando ex fact. tutor.*
n. 1. & in l. si tutor. 15. ff. si quis cautionib. Matth. Coler. consil. 28.
n. 7. ibi: cum actus agentium. vol. 1. Imò verba etiam manife-
sta potius sunt impropranda, quàm ut ultra agentium inten-
tionem operentur. *Cruvet. cons. 245. n. 6. Berluch. decis. 15. n. 5.*
ex qua etiam ratione decidit, ut si in instrumento verbis mani-
festis sit positum, quod tutor vel curator solverit vel contraxerit,
& sua bona obligarit, suo tamen nomine non contraxisse
censeatur. Et refert responsum à Scabinis Lipsiensibus men-
se Marcio Anno 1618. prolatum: **Ob wol im Product. sub**
lit. A. zu befinden/das ewer Vater vnd seine Nierverwan-
te bey Verpfändung ihrer Haab vnd Güter H. R. von S.
bey ihren Mündlein vnd männiglichen schadlos zu halten
versprochen vnd zugesage: Dieweil aber dennoch im Eins-
gange gedachten Products sub A. ausdrücklichen zu bes-
finden/das solches in geordenter Vormundschaft gesche-
hen / vnd nach Ordnung der Rechte die obligatio bono-
rum als accessoria nach dem Principale zu richten/ So
erscheinet daraus so viel / das ewer Vater sich proprio
nomine nicht verobligirt/ V. R. W. Quintò à verbis
etiam recedere licet, ut ad sanum intellectum reducantur.
l. non dubium. C. de LL. Dyn. in c. fin. de R. 7. in 6. Sic verba in-
telligenda sunt in casu possibili. *Accurs. in §. 1. Inst. de obligat.* Et
verba obscura, itemque merè æquivoca eo sunt intelligenda
sensu, quem solent rectè intelligentibus generare. *c. ex literis. t.*
de spons. & matrim. vid. Mantica d. tr. lib. 1. tit. 7.

TU.

THES. IIX.

Interpretatio contractuum debet fieri ex mente & voluntate contrahentium.

Mens à *Rolando à Valle* in *conf. 99. vol. 4. n. 49.* non inconcinne dicitur radix verborum, & quod cor sit Imperator lingua, eamque habeat sicut mancipium sub jurisdictione sua, ait *Bald. in c. mandatum. de rescript.* quem sequitur *Curs. Jun. in conf. 22. n. 12.* Hinc concludit *Roland. à Valle d. l. & conf. 81. vol. 4.* mentem in omni dispositione esse inspiciendam. *vid. l. de societate. in fin. C. pro soc. l. ult. C. quæ res pign. oblig. l. in conventionibus 219. ff. de V. S.* Intentio enim mens & voluntas format & distinguit omnes actus hominum, non saltem in contractibus, testamentis, judiciis, sed etiam in delictis. *Molina. ad consuet. Paris. §. 43. gloss. 1. in verb. qui de nu le sief 151. vers. unde voluntas.* Mens itaque & intentio, ubi in dispositione abest, ibi nec ipsa dispositio locum habet, quemadmodum homo dici nequit, cuius corpus anima destitutum est. *Dec. conf. 444. n. 10. Jason. in l. si quis filium. 3. n. 1. vers. & alibi egregie. C. de liber. præterit. Modest. Pistor. quest. 149. n. 34. & seq.* Et in omnium ore versatur, de verbis non esse curandum, ubi mens patet. *gl. in l. si in venditione. sub fin. ff. comm. prædior. Bald. in l. quamvis. C. de fideic. l. in slam. ff. de præscript. verb. l. pen. in fin. C. pro soc. l. 52. ff. de V. O. l. 7. §. 5. & l. 43. ff. de pact.* Voluntas enim contrahentium in contractibus dominatur. *Natta in conf. 176. n. 6. Cravett. in conf. 15. n. 7. & in conf. 33. n. 21.* Et generaliter non quod scriptum, sed quod gestum est, inspicere debet, quia in contractibus rei veritas potius quam scriptura attenditur. *l. 1. & 3. & c. 1. C. plus val. quod agitur & c.* Justiniano etiam teste justum est, voluntates contrahentium magis quam verborum conceptionem inspicere. *l. ult. C. quæ res pign. oblig. poss. l. 219. ff. de V. S.* Hinc etiam voluntas, quæ tantum ex conjecturis colligitur, est attendenda. *per l. 3. ff. de reb. cred. Accurs. ad l. 21. ff. de reb. dub. l. 34. ubi Dd. ff. de R. J.* Notandum etiam

etiam est, quod quælibet conventio in dubio dicatur transire
ad hæredes, quia intentio cuiuslibet contrahentis præsumitur
esse talis, ut non solum sibi, verum etiam suis hæredibus pro-
spexisse videatur. *l. si pactum. 9 ff. de probat. t. 18. de duob. fratr.
à Capitaneo invest. lib. 2. F. Gail. 2. obs. 2. n. 15.* Illud etiam de
mente contrahentium esse videtur, quod utriq; parti prodest,
& neutri est onerosum. *l. 1. si quis caur. Bald. in cons. 343. in pr.
vol. 1. Cravett. in cons. 436. n. 13. & in cons. 706. n. 12.* Æquali-
tas enim inter contrahentes observari debet, modò eadem sit
ratio, & par conditio personarum. *Bald. in c. que in Ecclesia-
rum. n. 22. de constit. Mant. d. tr. lib. 2. tit. 4. n. 86.* Sic etiam
conventiones, stipulationes, & renunciationes ad inopinata
& incogitata, quæ pendent ex futuro eventu, non debent trahi,
quia non est verisimile, de his à contrahentibus fuisse cogita-
tum. *l. cum Aquiliana. & l. qui cum tutoribus. ff. de transact.* Et
licet quis casus fortuitos in se suscepit, non tamen intelligi-
tur suscepisse eos, qui valdè insoliti sunt. *l. fistulas. §. si frumen-
ta. ff. de contrab. empr. Mant. lib. 3. tit. 1. num. 24. & num. 29.*
Hæc tamen positio nostra vera est, 1. quod tum demum mens
contrahentium sit inspicienda, quando de utriusque mente
constat. Ex utriusque enim intentione interpretatio fieri de-
bet. *per l. 31. & l. 55. ff. de O. & A. l. 9. in pr. ff. de contrab. empr.*
Si enim omnium consensus requiritur, omnium etiam volun-
tas attendi debet. *l. 1. §. 1. ff. de pact. l. in omnibus rebus. ff. de O.
& A. 2.* Si voluntas contrahentium aliquo modo ex verbis
possit concipi & appareat. *l. Gallus. §. 1. ff. de lib. & posth.* Vi-
detur enim quis habuisse voluntatem, prout verba sonant. *l. 7.
§. 2. ff. de supell. legat. l. 112. ff. de V. O.* Nec sufficit, contrahen-
tes hoc vel illud voluisse, id nisi expresserint, cum propositum
in mente retentum nihil operetur. *l. 46. ubi Bald. ff. de hered.
Inst. l. 7. ibiq; gl. C. de condiç. ob caus. dat. 3.* voluntas eate-
nus est attendenda, quatenus verba patiuntur, & interpreta-
tioni deserviunt. *Jason. in l. 52. ff. de V. O.* Verborum enim
finibus debemus esse contenti. *l. 29. §. 1. ff. de lib. & posth. l. 4.*
4. quatenus lex & jus non resistit. *l. 5. C. de LL. l. juris gentium.*

E S.

§. *prætor ait.* & *l. contra juris civilis. ff. de pact. l. pacta qua contra.*
C. eod. Hinc licet inter partes convenit, ut simplici assertioni
damnum passi credatur, tamen interesse propter moram solu-
tionis est liquidandum & probandum. Ita Jenenses pronun-
cialle refert *Georg. Beat. part. 1. miscellan. de contractib. tit. 19. c. 2.*
Ob wol in der Verschreibung zu befinden/ da auff die ver-
schriebene nicht Zahlung euch Schaden gangen were/ das
darinnen ewerm schlechten Anzeigen ohne sondern Eyd
oder Beweisung Glauben gegeben werden solte/ das dens
noch desselben ungeachtet/ ihr solche Schäden vnd inter-
esse anderer Gestalt dann von euch durch vberschickte li-
quidation Zettel allbereit geschehen/ wie recht zu erweisen
vnd zu liquidiren schuldig send/ *B. N. W.* Ordo enim
judiciorum per simplicem contrahentium voluntatem non
debet tolli. *Bald. cons. 262. n. 2. per text. in Auth. offeratur, C. de*
lit. contest. Et legitimæ tantum contrahentium voluntates
observari debent, *l. pen. C. pro soc.* Ab executione autem non
est inchoandum. *l. 1. C. de exec. rei judic. l. 58. ff. de re judic.*
§. quatenus utilitas publica non læditur. l. juris gentium. §. si pa-
ciscar. ff. de pact. Mant. d. tr. lib. 2. tit. 4. n. 11. & seqq. Roland.
à Valle cons. 1, n. 172. & seqq. lib. 2.

TH. IX.

Interpretatio contractuum debet fieri
pro more & consuetudine regionis.

Mores Ulpianus definit in Epitome *tit. de LL. & mori-*
bus, tacitum populi consensum, longa consuetudine invete-
rarum. Et consuetudo dicitur jus moribus, id est, assiduis acti-
bus introductum. *c. consuetudo. 1. distinct.* Consuetudo autem
vocatur jus commune ejus loci, in quo est. *c. cum venissent. de*
eo qui mitt. in poss. Et ad unguem servanda est. *Bald. in l. qui-*
cang. C. de serv. fugit. & in c. 1. qui feud. dar. poss. quia vim le-
gis

gis obrinet. c. cum consuetudinis. in pr. de consuet. l. 2. C. qua sit
long. consuet. §. ex non scripto. Inst. de I. N. G. & C. Hinc pa-
tet, quod interpretatio contractuum pro more & consuetudi-
ne regionis fieri debeat. Nam consuetudo potest contractum
approbare & improbare. l. certi conditio. §. si nummos. ff. si cert.
pet. Bald. in l. pen. n. 2. ad fin. C. mandat. l. minimè. ff. de LL. Id
ergò sequamur, quod in regione, in qua actum est, frequenta-
tur. l. 34. ff. de R. I. Sicuti enim consuetudo est optima legum
interpres: ita etiam contractum & ceterorum negotiorum.
Philipp. Matth. in comm. ad d. l. 34. Sic licet laudemium sit
pars quinquagesima p. etii, & ab Emphyteuca detur pro con-
cessione novæ investituræ Domino, tamen potest consuetudi-
ne introduci, ut vel tricesima vel vicesima pars à vasallo solva-
tur, & hæc consuetudo est servanda. Prout etiam Scabios
Lipsenses ita respondisse refert Georg. Beat. in sent. definitiv. Sa-
xon. part. 1. de contractib. tit. 23. Hat ewer Vater selg. vnd
syr durch eine beständige Gewonheit vber Rechts vers-
währee Zeit herbracht / daß euch ewere Vnterthanen zu
Lehenwahr von 20. fl. i. fl. geben / vnd haben solches alle
ewre Vnterthanen bissher also gehalten / So ist auch der
jenige / darvon ewre Frage meldet / solches von seinen Gū-
tern / so er von euch zu Lehen hat / zu thun schuldig / es were
dann mit seinem Gue obgemeldter Zeit anders herbracht /
vnd gehalten / darbey würde er billich gelassen / B. X. B.
Quod etiam consuetudo sit attendenda, ut cognoscatur, an
contractus sit usufructus vel non, tradit Oldrad. in cons. 207. n. 7.
& Bart. in l. quis sit fugitivus. §. apud Labconem ff. de adilit. edict.
Bald. in l. un. n. 39. C. de his que pæn. nom. Mantie. d. tr. lib. 3. tit. 9.
n. 7. Contractus enim videntur geri secundum consuetudi-
nem loci, licet id non exprimatur in contractu. Bart. in l. nemo
est qui nesciat. ff. de duob. reis. Mascard. de probat. vol. 1. concl.
299. n. 7. Ita hodie ex generali omnium populorum consue-
tudine solidum pro aureo accipi, & quæ de solido in iure civili
cauta sunt, ad aureum referenda esse statuit Schneidew. ad §.

alia. Inst. de donationib. n. 24. Et subjungit hæc non procedere in pœnalibus, ut in casu *S. si quis quinq. solidos. de pace tenend. & ejus violat. in usib. Feud.* ubi de consuetudine solidus pro aureo Ungarico accipi debet, & ita pronunciatum se vidisse refert. Econtra autem verba illa in ordinatione provinciali, rit. Was zu Ober, Nieder, vnd Erbgericht. S. Was aber fleinere. verl. Deuben / die vnter drey Schillingen. non de aureis, sed solidis & grossis vulgaribus accipienda esse, testatur *Berlich. decis. 121.* Et *ibid. n. 5.* refert Liplenses ad consultationem Heinrichs von Haubitz daselbst vnd vff Leipzig / hinterlassener Erben / die 19. Octobr. Anno 1622. ita respondisse: Auff ewer an vns geschickte Frage / ob nemlich die Wort in der Churfst. Landes Ordnung pag. 44. vnd 61. das Deuben / die vnter drey Schilling / in die Erbgerichte gehörig / v. von schlechten vnd gemeinen Groschen / deren jeder zwölf Pfening gilt / oder von solidis vnd solchen Schillingen / welche für einen Gulden / oder nach S. constitution vor einen Bngerischen Goldgulden gerechnet werden / verstanden werden sol / darüber ihr unsere Rechtsbelehrung gebeten habt / erachten wir nach fleissiger Berles. vnd Erwegung derselben in Rechten gegründet / vnd zu erkennen seyn / das die Churfürstl. Landesordnung sub rubr. Was zu Ober, Nieder, vnd Erbgerichte gehörig / vermöge des klaren Buchstabens / von keinen andern Schillingen / dann solchen / derer einer 16. Pfening gültig / vnd also drey vier Silbergroschen machen / zu verstehen seye / B. R. W. Sic in Thuringia, si quis se obligaverit simpliciter ad solvendum quosdam thaleros, pecunia in minuta moneta solvi potest, quia taleri simpliciter ita dicti differunt à thaleris Imperialibus. Alibi verò non habentur nisi Imperiales, hinc etiam in locis in specie sunt solvendi. Notanda tamen hic est ordi-

dinatio Imp. Ferdinandi I. August. 1559. promulgata, qua ca-
vetur, neminem cogi in solutionem qualemcunque summae
alicujus notabilis de minuta moneta ultra 25. floren. accipere.

Hæc autem, quæ de consuetudine regionis attendenda di-
cta sunt, procedunt, si sit rationabilis, & æquitati conveniens.
Si enim iniqua esset consuetudo, non esset servanda, ut si esset
consuetudo, quod planè non fieri deberet propter sterilitatem
pensionis remissio. *Beron. in cons. 142. n. 30. lib. 1. Mant. lib. 3.
tit. 9. n. 27.* Sic statutum vel consuetudo res furtivas à furibus
ereptas, veris Dominis defraudatis, fisco adjudicans, de jure
non subsistit. Statutum enim non valet, si lex resistit, & con-
suetudines repudiantur, si legibus repugnent. *Aurb. omnes peo
regrini. C. comm. de success. l. eos. C. de usur.* Id autem, quod
nostrum est, sine facto nostro ad alium transferri, lex prohibet.
*l. id quod nostrum ff. de R. l. cum maritus. ff. de jure dot. Et
Dominus adhuc præsumitur, licet res sit penes alium. c. cum ad
sedem. de restitut. spoliat. l. fin. C. unde vi. Boer. decis. 218. num. 4.
Dambouder. in prax. crim. c. 110. n. 51. Natta cons. 436. Gail. 1. ob-
serv. 18. ubi habet, ex Aurb. Navig. C. de fart. & Novell. 219.* Ca-
roli V. mandata sine clausula in causa civitatis Hamburg. fuisse
à Camera decreta. Et ita decisum fuisse refert *Georg. Beat. in
centur. casuura var. tit. 54.* Sprechen wir/wo es sich ewerm
Berichte nach allenthalben hielte / vnd sonderlich / daß ihr
beweisen vnd darthun köndt / daß ewer fünffe zu B. einem
Fuhrmann H. H. genant / eine ganze Fuhr Elendsheute /
so euch zuständig gewesen / vffgeladen / vnd als derselbe
Fuhrmann gegen J. kommen / daß er daselbst erstlich 11.
vnd darnach zu L. 19. Elendsheute vor 2. Thaler / da doch
sonsten eine mehr dann dritthalben Thaler goltten / vers-
kauffte / vnd von demselben Geldt seine Schuld bezahlet /
vnd das vbrige in seinen Nus gewandt / vnd da er zu euch
kommen / vnd ihr die Häute gezecket / vnd befunden / daß
vbbemelde Stück darvon kommen / daß ihr nach fleissiger

Et 3)

Et

Erforschung durch ewern Diener erfahren/ wo vnd wenne
gedachter Fuhrmann solche ewre Elendshäute verkaufft /
so weret ihr auch befugt / solche Elendshäute von dem
Käuffer zu fordern / vnd zu vindiciren, sie müssen euch
auch dieselbe wieder zustellen/vnd vberantworten/vnd ihr
weret nicht schuldig/ihnen einig ausgelge Kauffgeld zu ers
tatten/ es köndte sich auch der Richter zu T. aus der Br
sach/als solten solche Häute gestolen Gut seyn/ vnd ders
halben dem Gerichte bleiben/ deren mit Rechte nicht an
massen/noch euch an der Forderung desselben verhindern/
B. R. W. Licet etiam hic contractus inter Canonicos sit fre
quens, ut præbenda resignetur pro annua pensione, tamen
Modest. Pistor, par. 4. quest. 140. n. 7. decidit, eum non carere
vitio Simoniae, & consuetudinem non excusare à Simonia.
Cum itaque Comes Stolbergensis, Albertus Georgius, haberet
præbendam in Ecclesia Coloniense, eamque resignaret Comi
ti Adolpho à Schaumburg, pro pensione annua, decilum fuit à
Scabinis Lipsiensibus, talem contractum tanquam Simonia
cum de jure non valere. *Id. ibid. n. 3.* Opificum etiam non
nulla statuta planè sunt iniqua, de quibus *Georg. Beat. 17.
centur. casuum variorum* multas recenset sententias, *iii. 13.*
Sind ihr rechte ehelich geböhren von ewern Eltern/ die da
fromme vnbescholtene Leute sind gewesen/ an ihren Rechte
ten/ so nehmen euch die Handwerck der Schneider auff
zum Meister in ihr Handwerck/ da ihr ewer Handwerck
nach gebührlicher Weise gelernet habt/vnd mag euch das
darumb nicht versagen / daß ihr eines Müllers Sohn
seyd/ Euch ist auch vnshädlich/ob ewer Vater eines Erbo
müllers Sohn were/ sie verwerffen euch der Sachen hal
ber von ihrem Handwerck vnbilllich/**B. R. W.** *Et tit. 16.*
Ob gleich der Knabe / darvon ewere Frage meldee / eine
Dirne / die zuvor mit einem ledigen Gesellen ein Kind era
geu

zeuget/zur Ehe genommen/ so müget ihr ihm doch deswegen
euer Handwercks Innung zu Rechte nicht weigern/
B. R. W. Hoc etiam anno Sartor in hac civitate caulem for-
tuito interfecit, & propterea ei interdictum est opificium.
Es ist ihm das Handwerck geleyet worden. Quod tamen
ei hanc ob causam interdici non debuerit, videre est ex sen-
tentia Lipsiensium, quam refert *id. ibid. tit. 13.* Wann gleich
der Fleischer gesell / als er mit einem Knochen ungesehr
nach einem Hunde geworffen/denselbigen zu tode geworff-
sen hette/so möchte er doch darumb von den Fleischer gesel-
len vnd andern nicht ausgetrieben / noch seines Hand-
wercks vnthätlich gerichtet / vnd dasselbe zu treiben ver-
hindert werden/ B. R. W. Consuetudini æquiparatur
communis usus loquendi, *Georg. Barschamp. in radic. clausul.
cap. 14. n. 13.* qui tamen sæpè mutatur, *l. Labeo. 7. §. 1. vers. nec
mirum. ff. de supellect. legat.* Novis enim rebus nova impo-
nuntur nomina, *M. Tull. lib. 1. de natur. Deor.* Et eadem ver-
ba alicubi locorum in contraria prorsus vel certè diversa signi-
ficatione inveniuntur, successu tamen temporis mutari eorum
significationem compertum est. *vid. l. 120. ff. de V. S. l. 24. §. si quis.
ff. de legat. 1. l. 3. §. l. 7. ff. de supell. legat. l. 234. ff. de V. S.* Commu-
nis igitur loquendi usus tantum valet, quantum propria signifi-
catio, & quandoque præfertur, *Bart. in proœm. ff. de instrum. §. in
l. instrumentorum. ff. de fid. instr. §. l. Labeo. 7. de supell. legat.
Didac. Covarruv. var. resolut. lib. 3. cap. 5. n. 1.* Huc etiam re-
ferimus observantiam, quæ mutanda non est, sed sequenda.
Roland. à Valle. cons. 79. vol. 3. n. 84. Optima enim cujuscun-
que contractus & conventionis interpretatio defumitur ab
observantia. *Bart. in l. diuturna. vers. item nota. ff. de LL. Bald.
ad l. si certis annis. C. de pact. Cons. Marpurg. 26. vol. 3. n. 21.* Ubi
autem variæ sunt observantiæ, ibi ultima tollit primam,
quando ultima minus gravat. *Cons. Marpurg. 69. volum. 2.
num. 50.*

TH.

Th. X.

Omnes contractus intelliguntur fieri cum hac clausula: Rebus ita stantibus.

Nihil mutat Sapiens, nisi quid inciderit, quod impediatur, nervosè inquit *Seneca lib. 4. de benefic. ante fin.* Nec aliquid ita fidei congruit humanæ, quàm ea, quæ placuerunt, custodiri. *l. 1. ff. de pact. l. 20. C. eod.* nisi aliquid interveniat. Et quamquam contractus ab initio sint voluntatis, ex post facto autem necessitatis, *l. sicut. C. de O. & A. l. 1. ff. quod met. caus. l. incivile. C. de R. V. l. in commodato. §. sicut. ff. commodat.* Ita ut etiam Princeps obligetur ex contractu. *c. 1. ubi Dd. comm. extr. de probat. l. Princeps. de LL. l. 2. C. de servit. & aq. eumque revocare nequeat. gl. & Dd. in l. fin. C. si contrarius vel util. publ.* At tamen ob causam obortam, altero etiam contrahente invito recedere licet. *l. 54 §. 1. ff. locat. l. 8. ff. de condict. caus. dat. l. 14. in fin. ff. pro soc. l. 38. in pr. ff. de solut. l. 40. §. fin. ff. de pact.* Nova enim causa novam inducit mentem. Et in nova causa prior dispositionis intentio cessat. *Jacob. Schult. in addit. ad Modest. Pistor. quest. 149 n. 23.* Ex hisce jam dictis patet, quod omnis conventio in mundo secundum præsentem statum sit intuenda, ex clausula: rebus sic stantibus, ut propter novum emergens etiam ab his, quæ antea placita sunt, rectissime recedatur, & novum querendum sit auxilium. *l. de etate. 11. §. ex causa. 8. ff. de interreg. in jure fac. Dn. D. Finckelthaus. observat. 88. n. 2.* Et omnes contractus intelligi cum clausula: eodem manente rerum statu, vel rebus ita stantibus, docet *gl. fin. in c. 14. caus. 22. quest. 2. Fachine. lib. 2. contr. cap. 9. lit. A. vers. quod verò dicebatur. Schultes. d. l. n. 26. & n. 29.* ubi probat, juratis etiam contractibus licere ex nova causa contravenire, & juramentum cum præfata clausula intelligi. *gl. in c. 25. extr. de jurejur. Bald. in l. clari. 19. n. 1. C. de fideicomm.* Et
li-

licet quis omni juri renunciaverit, tamen hæc clausula subin-
telligi debet, rebus ita stantibus vel ita se habentibus, ne re-
nunciatio ista trahatur ad aliquod jus, quod tempore renun-
ciationis neque in re neque in spe fuit, contra l. 4. ff. ut in pos-
sess. legat. Verba enim in contractibus ad non cogitata exten-
di non debent. l. 35. ff. de pact. l. ult. §. 3. ff. de condic. indeb. l. 21.
C. ad SC. Vellejan. §. l. 99. ff. de V. O. Si igitur quis omnia bo-
na sua alteri donaverit, tamen hæc donatio ob insperatam li-
berorum supervenientiam rescindi potest, quia pater præsu-
mitur sub hac conditione omnia sua bona donasse, si liberi
non fuerint nati, & rebus ita stantibus. l. 8. C. de revoc. donat.
Neque præsumitur proprio sanguini extraneos anteferre vo-
luisse. l. 102. ff. de condic. & demonstrat. l. 6. §. 1. C. de institut. &
substit. l. 30. C. de fideicommiss. Et ita Facultatem Juridicam
Lipsensem die 6. April. Anno 1611. an E. v. L. zu Grima
ma/ die 2. Martii Anno 1614. an E. Z. zu Staßfurch/ &
die 10. Aug. ejusdem anni an H. v. R. aliasq; sæpius re-
spondisse recenset Dn. D. Finckelthaus. observat. 36. n. 33.
Ob wol N. bey der Übergabe ihres andern Mannes Lies-
be vnd Trewe gegen sich gerühmet/ auch solche Übergabe
festiglich zu halten versprochen/ dennoch aber vnd dieweil
ein Geschenck vnd Übergab/ welches von dem geschicht/
so keine Kinder hat/ diese stillschweigende condition in
sich hat/ wofern der Schencker vnd Geber künfftig keine
Kinder erzeugen würde: nach begebender condition
aber hinterzogen werden sol/ vnd nach der gemeinen Leh-
re der Rechtsverständigen nicht vermuthet wird/ daß ei-
ner auff den Fall/ da er zuvor gewußt hette/ daß er künfftig
Kinder erzeugen würde/ andern Frembden würde et-
was geschencket/ vnd also dieselbe seinen Kindern vorgezo-
gen haben/ &c. So ist auch vorbemeldte Weibs Person
die von ihr hiebevorn ihrem Snieffsohne versprechens

P

doz

donation vor Notarien vnd Zeugen / oder aber Gerichte-
lich zu revociren vnd auffzuheben/wol befuge/ **B. R. W.**
vid. Georg. Beat. part. 1. miscellan. de contractib. tit. 23. cap. 20.
Et iusta superveniente causa actus etiam legitime perfectus re-
tractari potest, uti precedenti ex casu videre licet. Et ita ob
ingratitude[m] donatarii perfecta etiam donatio revocari po-
test. §. 2. *Inst. de donat. & d. l. 4. us in poss. legat.* Si etiam pa-
cis compositione inter duos Duces facta, alter alterum ex nova
causa offendat, pax non dicitur violata, quia in hac compo-
sitione subintellecta fuit hæc clausula: rebus ita stantibus.
*vid. l. 5. §. 1. ff. de pact. l. 14. ff. de except. rei judic. l. 31. C. de trans-
act. Sicard. ad l. 10. n. 14. C. de judic. Schulthes. d. l. n. 48. &
seqq.* ubi habet, talem oportere esse causam, quæ justè ad of-
fensionem commoveat. Secus est, si is, qui offendit, capta-
vit causam & occasionem posterioris offensionis. Et si
quis alteri sese ad panem ipsi familiæque ejus coquendum,
obstrinxerit, certa pensione accepta, tamen ubi usque adeo
excrescat familia ejus, ut haud sine maximo suo damno & in-
commodo præstare promissa pro tam levi pensione queat,
judicis officio ei succurrendum esse, ut ab onere isto subleve-
tur, probat idem *Schule. d. l. n. 28.* Si etiam pactum seu pro-
missio de vendendo ex certa causa sit inita, causa autem postea
cesserit, tunc non tenetur quis servare. Ita ad requisitionem
Nicol Knawers/Bürgers vnd Handelsmanns zu Leipzig/
Scabinos Jenenses, mense August. Anno 1623. & Jctos Witte-
bergenfes mense Septembr. ejusdem anni respondisse, testatur
Berlich. decis. 142. n. ult.

Notandum tamen est, 1. non quemlibet contractum ita
cum hac clausula esse interpretandum: rebus ita stantibus:
Aliàs enim daretur occasio subvertendi contractus, qui tamen
magis valere debent quàm perire. *l. 12. ff. de reb. dub. & l. 80. ff. de
V. O.* Ea igitur nova causa iusta est, quæ de novo superve-
nit, nec in initio fuit cogitata. *l. 4. ff. ut in poss. legat.* Si igitur
de causa superveniente, vel de mutatione, & jure futuro
con-

contrahentes cogitarunt, tunc propter mutatum rei statum à
præcedente contractu non possunt recedere. *Ludov. Roman.*
conf. 22. incip. proposita mihi consultationis. num. 3. vers. Secundo,
quia & si paciscar. Schultes. d. l. n. 80. Contractus enim cum
hac clausula: rebus ita stantibus: tacitè intelliguntur solum-
modò emergentibus casibus inopinatis, non verò iis, de qui-
bus cogitari poterat. *Alciat. consil. 35. n. 3. lib. 8. per l. 7. ff. de*
res. mil. l. 3. §. ult. ff. ut in poss. leg. 2. in his conventionibus,
quæ universales sunt, atq; ita sese habent, ut & accessionem &
decessionem admittant, jamque commodo & incommodo
sint, res semper in eodem statu permanere dicitur, quo erat
initio, & quamvis postea quædam incidat rerum commuta-
tio, tamen ob causam aliquam ab hisce recedere non est per-
missum. *Schultes. d. l. n. 84.* Ex hisce jam dictis decidit *Dn.*
D. Finckelthaus. observat. 88. quod convictor alicujus peregrè
abiens, & intra aliquot septimanas & amplius non rediens,
pretium pro victu illius temporis hospiti suo detrahere non
possit, quia licet hospiti pretium promiserit, pro mensa tan-
tum & convictu, & promissio hæc videatur esse intelligenda
secundum clausulam: rebus ita stantibus: tamen præfatus
Dn. Ordinarius statuit, hanc clausulam in hoc casu locum
habere non posse, quia potuit cogitari in futurum, & ita
non potest dici, quod status sit immutatus. Et Facultatem
Juridicam Lipsensem Anno 1617. die 19. Novembr.
an *M. J. Bürgern zu E.* ita respondisse refert: *Ob*
wol N. esliche Tage verreiset gewesen / welche zusammen
sechs Wochen austragen / vnd also das Kostgeldt sich
auff 24. fl. erstrecket / dennoch aber vnd dieweil N. anfäng-
lich ihm dieses nicht vorbehalten / daß vffn Fall er bißwei-
len verreisen würde / alsdann er solche Tage zusammen
zu rechnen / vnd euch abzukürzen befugt seyn solle / vnd
euch den Tisch zur Zeit seines Verreisens niemals auffge-
kündiget / vnd nach seiner Wiederkunfft also bloß wieder

angetreten/ So ist er auch die obberührten 24. fl. euch ab
zuführen nicht berechtiget / sondern euch die ganze volle
ständige Summ / vnd also 88. fl. seines Vorwendens
vngachtet/zu erlegen vnd abzutragen schuldig/D.R.W.
3. Contractus interpretari debemus cum clausula: rebus ita
stantibus: quoties lex errorem præsumit, vel etiam natura
contractus talem interpretationem exposcit. *vid. l. ult. §. 3.*
ibiq. gl. ff. de condict. indeb. l. 54 §. 1. ff. locat. l. 8. ff. de condict.
caus. dat. Huc respicit exemplum supra de donatione omnium
bonorum allatum, quæ ob supervenientiam liberorum revo-
cari potest.

TH. XI.

Contractuum interpretatio debet
fieri contra eum, qui legem contractui da-
re debuit, vel verba apertius concipere
potuit.

Jura vigilantibus scripta sunt, negligentibus autem non
subveniunt. *l. 16. ff. ex quib. caus. major. 25. ann. in integr. restit.*
Si igitur in alicujus potestate fuit, legem apertius contractui
dicere, & non fecit, sibi imputet. *arg. l. 203. ff. de R. J. l. 39. ff. de
part. l. 172. ff. de R. J. l. 21. §. l. 33. ff. de contrab. empt. l. 38. §. 18.
§. l. 99. ff. de V. O. l. 26. ff. de reb. dub. Consil. Marpurg. volum. 1.
conf. 33. n. 52.* Neque juris auxilium implorare potest, qui sibi
obfuit, cum juris ratio non ferat, ut alteri alterius culpa no-
ceat. *l. 3. ff. de transact. l. 155. pr. §. l. 173. §. 2. ff. de R. J.* Ex
cujus igitur verbis obscuritas orta est, contra eum fieri debet
interpretatio. *Accurs. in l. 21. ff. de reb. dub.* Sibi enim imputa-
re debet, quod apertius non est locutus, *d. l. 203. ff. de R. J.* Sic
in dubio contra venditorem fit interpretatio. *d. l. 39. §. d. l. 21.*
§

§ l. 33. Et contra eum, qui pacto obscuro nititur, vel qui ex pacto obscuro agit vel excipit, ex eo que commodum quarit. *Jason. ad l. 39. de pact. Bald. in cons. 410. in pr. vol. 1.* Sic etiam contra stipulatorem facienda est interpretatio. *l. 99. ff. de V. O.* Hæc tamen intelligenda sunt de verbis obscuris, non verò de claris. *l. 137. §. 1. ff. de V. O. § l. 21. §. 1. ff. de legat. 3.* Qui enim per obscuritatem sermonis sui sibi reservare conatur interpretationem, eo ipso interpretandi facultatem remittit, vel in adversarium transfert, cum dolus sit, ita loqui, ut intelligi nolit. *Bald. ad l. ult. n. 34. C. de hered. instit.* E. G. Si in instrumento aliquo scriptum sit: Ego promitto: tunc verbum hoc, promitto, à solo promissore prolatum esse creditur. Hinc intelligi non debet de nudo pacto, quod tantum exceptionem parit. *l. 7. ff. de pact.* Sed de stipulatione, quæ actionem producit. *l. 30. ff. de V. O. §. 17. Inst. de inuit. stipul. § l. pen. C. de contrah. § committ. stipulat.* Promissor enim cum verbo hoc ambiguo usus sit, sibi imputare debet, quod apertius non est locutus. Sed *obstat l. 99. ff. de V. O.* ubi secundum promissorem fit interpretatio. Ad quam respondetur, hoc verum esse, ut in id sc. quod minus est, obligetur. *l. 9. § l. 34. ff. de R. 7.* non verò ut promissor efficacius obligetur. Qui enim benè vult solvere, non detrectat se benè obligare. *Carol. Molina. ad consuet. Paris. tit. 52. §. 53. n. 22.* Sed videtur, promissorem in dubio absolvi debere, *per l. 47. ff. de O. § A. § l. 125. ff. de R. 7.* Verùm respondetur, hoc verum esse, si ipse actor verbis nitatur obscuris, tunc enim reus absolvi debet: secus est, quando reus, iste enim defendens se pacti obscuri verbis, partibus actoris fungitur in excipiendo, *per l. 19. ff. de except.* Prædicta etiam thesis limitatur, si natura & qualitas contractus, itemque loci consuetudo aliud svadeat. *l. 15. §. 4. § l. 29. ff. locat.* Sic pactum obscurum in feudo ab Agnatis Vasalli interpositum pro ipsis est interpretandum, quia feudum extraneos natura sua non sequitur.

F 3 TH.

THESES. XII.

Contractuum interpretatio ita debet fieri, magis ut valeant, quàm ut pereant.

Verba in contractibus prolata, intelliguntur prolata, cum effectu. *Bart. ad l. 41. in pr. ff. de re judic.* Et contrahentes censentur velle ratum id, de quo egerunt, non verò irritum, esse. *l. 38. §. 6. & l. 80. ff. de V. O. l. 32. §. 4. ff. de donat. inter vir. & uxor. l. 12. & l. 21. cum seq. ff. de reb. dub. l. 67. ff. de R. J. Consil. Marpurg. vol. 2. conf. 8. n. 40. & conf. 10 n. 92.* Nec in potestate alicujus contrahentis est, inutilem reddere contractum. *l. 26. & l. 30. ff. de recept. arbitr.* Et hæc thesis ampliatur procedere, etiam si à proprio verborum sensu recedatur, *Alex. in conf. 248. n. 6. lib. 6.* quem sequitur *Socin. Jun. in conf. 79. n. 70. vol. 3.* ubi subdit, quod ista præsumptio, quod actus sic dicatur gestus, ut valeat, & nullitas removeatur, superet omnes alias præsumptiones. *Roland. à Valle. conf. 61. vol. 3. n. 26. & seq.* Hinc si plura instrumenta successivè scripta reperiantur, præsumi debet, illud præcellisse, ex quo resultat validitatis actus, non attentò scripturæ ordine. Ut si præcedat instrumentum donationis factæ filio in potestate per patrem, & sequatur instrumentum emancipationis, tunc inverso ordine literæ præsumitur, quod emancipatio præcellerit, quia aliàs donatio non valeret. *Ruin. conf. 108. n. 8. vol. 5. & in conf. 206. n. 1. vol. 1. Roland. à Valle d. l. n. 24. & seqq.* Sed notandum, t. aliàs illam interpretationem regulariter esse accipiendam, quæ pro non donatione facit. *l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pignorat. act.* Licet enim ut plurimum interpretatio debeat fieri, ut actus non reddatur invalidus, secus tamen est in donatione. Actus enim potius debet reddi nullus, quàm præsumatur donatio, per *l. si non sortem. §. si quis falso. ibiq. Bart. de condit. indeb. Mascard.*

de

de probat. vol. 1. conf. 555. n. 15. 2. thesis nostra restringitur, ut
locum habeat, & cōtractus in dubio sustineri debeat, si omnia
ejus substantialia intervenerint. Si enim substantialia non
fuerint observata, totus corrumpitur cōtractus. l. 1. C. de prad. sine
decret. non alien. Bald. in conf. 301. n. 7. lib. 1. l. 1. si quis ita. ff. de
V. O. l. an inutilis. in pr. ff. de acceptilat. l. non dubium. C. de LL.
Forma enim dat esse rei, qua mutata substantia rei interit. l. 9. §
3. ff. ad exhib. l. 80. §. 1. ad l. Falcid. 3. thesis nostra non proce-
dit, nec cōtractus sustinetur, si hoc actum sit, ne effectus se-
quatur, quia tunc repugnat fini, propter quem inventus est.
l. cum manu facta. §. ult. ff. de contrab. empt. Bald. in rubr. C. de
contrab. empt. n. 1. Ut si conveniat inter venditorem & em-
ptorem rei, ne ejus dominium ad emptorem transeat. l. 80. §.
ult. ff. de contrab. empt. 4. si conventio sit nimis obscura, tunc
nullius est momenti. l. quicquid astringenda in princ. & l. criti-
cum. ff. de V. O. Sic verba generaliter per modum cujusdam
liberalitatis pronunciata non inducunt obligationem, & ma-
gis intelliguntur adulatoria quam obligatoria. Bald. in conf.
218. col. ult. vers. considerandum lib. 3. Mantie. d. tr. lib. 2. tit. 4. n. 48.
Als wie sich einmals einer sancte obligirt, seinem gueten
Freund zu Tag und Nacht mit sechs Pferdten zu Fuß
auffzuwarten. 5. thesis nostra limitatur, si verba repugnent,
secus est, si ex lata saltem significatione deservire possint. arg. l.
tutores. §. 1. ff. de adm. tutor. ut si tutor nominetur curator, &
contra. Nomina enim tutorum vel curatorum ut plurimum
promiscuè usurpantur. l. 4. C. de reb. cred. l. ult. sub fin. C. de au-
chor. prestand. Et curatoris appellatione, latè sumpto vocabu-
lo, comprehenditur tutor, & contra. Berlich. decis. 139. n. 7. &
seqq. 6. procedit nostra thesis, si contrahentes actum valere
velint. Cōtractus enim non debent contra voluntatem con-
trahentium sustineri. l. obligationum substantia. §. ult. & l. non
solum. ff. de O. & A. Mantie. d. tr. lib. 2. tit. 4. n. 56. 7. nisi con-
ditio personarum aliud svadeat. Ut si quis à pnpillo sine tuto-
ris autoritate emerit, ex una parte valet cōtractus, qui enim
emit,


emit, pupillo obligatur, pupillum autem sibi non obligat. *l. Julianus. §. si quis à pupillo. ff. de actio. empr.* Pupillus enim sine tutoris autoritate non obligatur. *l. obligari in pr. ff. de autor. tutor.* §. nisi alter ex tali interpretatione enormiter lædatur. *l. 3. §. 1. ff. de recept. arbitr.* Ita enim interpretandus est contractus, ut utrique profit, & neutri sit onerosus. *l. 1. ff. si quis cautionib. Bald. in conf. 343. pr. vol. 1. Aym. Cravett. conf. 245. n. 9. & conf. 294. n. 8.* Observa tamen, quod si duo sint celebrati contractus, & uterq; valere non possit, sufficiat, si alteruter tantum valeat, per *l. 9. §. 4. ff. de reb. cred. & l. 10. §. 2 ff. de acquir. vel amitt. poss.* Absurdum enim non est, unum ex duobus contractibus valere, alterum verò non valere, quia utile per inutile vitari non debet. *c. utile. 37. de R. I. in 6.* Et hæc de interpretatione contractuum hoc tempore sufficiant.

S. D. G.

F I N I S.

ULB Halle
1712010






ULB Halle 3
003 862 070




Sl.

Von







B.I.G.

Farbkarte #13

G. 15. num. 20.
~~12. 17.~~
1637, 4
13

M. A.
JURIDICA

RETA-
ONTRA-
M,

ci & Amplissi-
Collegii

ntissima,
CO
impetrando,
rum observantia,
ni subicit

HILIPPUS Richter/
J.U.D. & P.P.

tembris,
ditorio,

Æ
stoph Weidner,

XXXVII

